n Conuenientiori ordine legemus, οἵ τε ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου, κάμνοντες ἐπὶ τῇ τριβῇ τοῦ πολ. *Sylb.* Atque eodem plane modo in *Cod. Vat.* vulgatae nimirum ita ſtructa dant verba. οἵ τ᾽ ἐπὶ τῇ τριβῇ τοῦ πολέμου ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου κάμνοντες.

o Φάβιος μὲν υἱὸν εἶναί φησιν *Vat.* vulgatis deeſt infinitiuus.

p Ταρκυνίῳ τῷ προτέρῳ βασιλεύσαντι ἀδελφόπαις ἦν *Vat.*

q Κολλατίας *Vat.*

r Pro

δειχθεὶς, ἀπὸ τῆς ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει διατριβῆς αὐτός τε Κολλατῖνος ἐκλήθη, καὶ τοῖς ἐγγόνοις [r] ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν αὐτὴν κατέλιπεν ἐπίκλησιν· ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτον υἱωνὸν εἶναι τοῦ Ἠγερίου πείθομαι, [s] εἴ γε τὴν αὐτὴν εἶχε τοῖς Ταρκυνίου παισὶν ἡλικίαν, ὡς Φάβιός τε καὶ οἱ πολλοὶ συγγραφεῖς παραδεδώκασιν· ὁ γὰρ χρόνος ταύτην μοι τὴν ὑπόληψιν βεβαιοῖ. ὁ μὲν οὖν Κολλατῖνος ἐπὶ [t] στρατοπέδου τότε ὢν ἐτύγχανεν· ἡ δὲ συνοικοῦσα αὐτῷ γυνὴ Ῥωμαία, Λουκρητίου θυγάτηρ, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς, ἐξένιζεν αὐτὸν, ὡς συγγενῆ τοῦ ἀνδρὸς, πολλῇ προθυμίᾳ τε καὶ φιλοφροσύνῃ. ταύτην τὴν γυναῖκα καλλίστην τῶν ἐν Ῥώμῃ γυναικῶν καὶ σωφρονεστάτην ἐπεχείρησεν ὁ Σέξτος διαφθεῖραι, παλαίτερον μὲν ἐπειγόμενος, ὁπότε κατάγοιτο παρὰ τῷ συγγενεῖ, τότε δὲ καιρὸν ἁρμόττοντα οἰόμενος ἔχειν. ὡς

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

et a domicilio quod ibi habebat Collatinum vocatum, et poſteris ipſius idem cognomen ab eo relictum fuiſſe. Ego vero hunc quoque Egerii nepotem crediderim; ſiquidem eadem aetate erat qua et Tarquinii filii, vt Fabius et multi alii ſcriptores prodiderunt: et meam hanc opinionem ipſa temporum ratio confirmat. Collatinus igitur in caſtris tunc erat: at eius vxor, matrona Romana, Lucretii viri illuſtris filia, eum, vt mariti ſui cognatum, magna cum animi alacritate ac humanitate excepit. Hanc mulierem, cuius inter omnes Romanas egregia erat forma et pudicitia ſpectatiſſima, Sextus ſtuprare aggreſſus eſt, iam multo ante hanc rem exſequi conatus, cum apud cognatum diuerteretur, ſed tunc rei peragendae occaſionem maxime opportunam ſibi oblatam arbitratus. Quum enim

r Pro ἀφ' legitur ὑφ' in *Ed. Steph.* Sed ἀφ' tum aliis probari exemplis poteſt, tum eo quod hac ipſa de re ſupra legitur p. 180. v. 13. *Sylb.*

s Aut hic ellipſis eſt praepoſitionis κατὰ, aut poſt ἡλικίαν omiſſum eſt participium ἔχοντα, vel ſimile. particula quoque γε ſuperflua eſt, vel occultum in ſe mendum habet. *Lapus* vertit, *erat enim eiuſdem aetatis cuius erant Tarquinii filii*, vt videatur legiſſe εἶχε γὰρ τὴν αὐτὴν ἡλ. ſed ea lectio videtur parum conſentanea. *Sylb.* Optime in *Cod. Vat.* εἴ γε τὴν αὐτὴν εἶχε τοῖς etc. vulgatae dant πείθομαι γε τὴν αὐτὴν τοῖς Τ. π. ἡ. (ſine εἴ et εἶχε).

t Στρατοπέδου τότε ὢν *Vat.* στρατοπέδῳ ὢν (hinc τότε) vulgatae.

δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον ἀπῆλθε κοιμησόμενος, ἐπισχὼν τῆς νυκτὸς πολὺ μέρος, ἐπειδὴ καθεύδειν ἅπαντας ἐνόμιζεν, ἀναστὰς ἧκεν ἐπὶ δωμάτιον, ἐν ᾧ τὴν Λουκρητίαν ᾔδει καθεύδουσαν, καὶ λαθὼν τοὺς παρὰ ταῖς θύραις τοῦ δωματίου κοιμωμένους, εἰσέρχεται ξίφος ἔχων.

LXV. Ἐπιστὰς δὲ τῇ κλίνῃ, διεγερθείσης ἅμα τῷ συνιέναι τὸν ψόφον τῆς γυναικὸς, καὶ πυνθανομένης ὅστις εἴη, φράσας τοὔνομα, σιωπᾶν [u] ἐκέλευσε καὶ μένειν ἐν τῷ δωματίῳ, σφάξειν αὐτὴν ἀπειλήσας, ἐὰν ἐπιχειρήσῃ φεύγειν ἢ βοᾶν. τούτῳ καταπληξάμενος τῷ τρόπῳ τὴν ἄνθρωπον, αἱρέσεις αὐτῇ δύο προὔτεινεν· ὧν [x] ὁποτέραν αὐτὴ [y] προῃρεῖτο λαβεῖν ἠξίου, θάνατον μετ᾽ αἰσχύνης, ἢ βίον μετ᾽ εὐδαιμονίας. „Εἰ μὲν γὰρ ὑπομενεῖς, ἔφη, χαρίσασθαί μοι, γυναῖκά σε ποιήσομαι, καὶ βασιλεύσεις σὺν ἐμοὶ, νῦν μὲν ἧς ὁ πατὴρ ἔδωκέ μοι πόλεως, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, Ῥωμαίων τε καὶ Λατίνων καὶ

L. Tarquinius Superbus Romanorum

enim poſt coenam dormitum abiiſſet, magnam noctis partem ſeſe *vigilans* continuit: atqui vbi omnes ſopitos exiſtimauit, ſurrexit, et cubiculum petiit, in quo Lucretiam dormire ſciebat: et clam ianitoribus, qui ad cubiculi ianuam dormiebant, ſtricto gladio eſt ingreſſus.

REX VII. Quum autem ad lectum acceſſiſſet, et mulier excitata fuiſſet ſimulatque ſtrepitum ſenſit; et quaereret quiſnam eſſet; ille, ſuo nomine dicto, iuſſit eam tacere, et in cubiculo manere, caedem ipſi minatus, ſi vel fugere vel vociferari fuiſſet auſa. Hac ratione quum mulierem perterrefeciſſet, duas illi optiones obtulit: quarum alteram, quam maluiſſet, eligere iuſſit; aut mortem cum dedecore, aut vitam cum omni felicitate coniunctam. „Si enim (inquit) mihi hoc gratificari volueris, vxorem te ducam, et mecum regnabis, nunc quidem in vrbe quam pater mihi dedit, ac poſt eius mortem, Romanorum et Latinorum et Tyrrhe-

u Ἐκέλευσε *Vat.*

x Rectius ποτέραν [vt in *Cod. Vat.*] cum antecedens foemininum poſtulet. Πότερον ſi retineamus, referendum erit partim ad praecedentia, partim ad ſequentia. *Sylb.* Malim ὧν ὁπότερον vel ὁποτέραν *Caſ.* vulg. ὧν πότερον.

y Forſan rectius προαιροῖτο optatiue. *Sylb.*

z Προεί-

Τυῤῥηνῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσων ἐκεῖνος ἄρχει. ἐγὼ γὰρ οἶδ᾽ ὅτι παραλήψομαι τὴν τȣ͂ πατρὸς βασιλείαν, ὥσπερ ἐςὶ δίκαιον, τῶν υἱῶν αὐτȣ͂ πρεσβύτατος ὤν. ὅσα δὲ ὑπάρχει τοῖς βασιλεῦσιν ἀγαθὰ, ὧν ἁπάντων ἔσῃ σὺν ἐμοὶ κυρία, τί δεῖ σε καλῶς ἐπιςαμένην διδάσκειν; εἰ δ᾽ ἀντιπράττειν ἐπιχειρήσεις, σώζειν βουλομένη τὸ σῶφρον, ἀποκτενῶ σε, καὶ τῶν θεραπόντων ἐπικατασφάξας ἕνα, θήσω τὰ σώματα ὑμῶν ἅμα, καὶ φήσω κατειληφὼς ἀσχημονοῦσάν σε μετὰ τȣ͂ δȣ́λȣ τετιμωρῆσθαι, τὴν τȣ͂ συγγενȣ͂ς ὕβριν μετερχόμενος· ὥςʼ αἰσχρὰν καὶ ἐπονείδιςόν σȣ γενέσθαι τὴν τελευτὴν, καὶ μηδὲ ταφῆς τὸ σῶμά σȣ τυχεῖν, μηδ᾽ ἄλλων νομίμων μηδενός.» Ὡς δὲ πολὺς ἦν ἀπειλῶν τε ἅμα καὶ ἀντιβολῶν καὶ διομνύμενος ἀληθεύειν τῶν λεγομένων ἕκαςον, εἰς ἀνάγκην ἦλθεν ἡ Λȣκρητία, φοβηθεῖσα τὴν περὶ τὸν θάνατον ἀσχημοσύνην, εἶξαί τε καὶ περιϊδεῖν αὐτὸν ἃ [z] προήρητο [a] διαπραξόμενον.

Tyrrhenorum, et aliarum gentium, quibuſcunque ille imperat, dominatu mecum frueris. Scio enim me paternum regnum habiturum, quemadmodum ipſa aequitas poſtulat, quod omnium eius liberorum ſim natu maximus. Quae vero bona regibus ſint, quorum omnium tu mecum eris domina, quid opus eſt te probe gnaram docere? quod ſi mihi reſiſtere conata fueris, ſeruandae pudicitiae ſtudio, te interficiam: praeterea, iugulato vno de ſeruis, veſtra corpora coniungam, et dicam te, in turpi adulterio cum ſeruo deprehenſam, poenas mihi, iniuriam cognati perſequenti, dediſſe; ita vt turpis et probroſa mors tua ſit futura, et corpus tuum neque ſepulturam, neque aliam quampiam earum rerum, quae defunctis dari ſolent, ſit conſequuturum. Quare quum ad multas minas et preces ſimul adhibuiſſet iusiurandum, quo affirmavit ſe omnia ſerio ac vere dicere, Lucretia coacta eſt, mortis ignominioſae metu, cedere, et pati illum peragere quod ipſi libuiſſet.

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

Quum

z Προείρητο in *Ed. Steph.* agnoſcit etiam *Lapi* verſio, *quae praedixerat.* Sed verius eſſe προήρητο patet ex v. 22. *Sylb.* In *Cod. Vat.* προυρεῖτο. atque ita *Portus* legendum cenſebat, quod paullo ante occurrat, ὧν πότερον αὐτὴ προῃρεῖτο λαβεῖν ἀξίȣ.

a Διαπραξάμενον *Vat.* quod et pro vera lectione agnouit *Caſ.*

b Rectius

LXVI. Ἡμέρας δὲ γενομένης, ὁ μὲν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἀπῄει, πονηρὰν καὶ ὀλέθριον ἐπιθυμίαν ἐκπεπληρωκώς· ἡ δὲ Λουκρητία, δεινῶς φέρουσα τὸ συμβεβηκὸς, ὡς εἶχε τάχους ἐπιβᾶσα τῆς ἀπήνης, εἰς Ῥώμην ᾤχετο, μέλαιναν ἐσθῆτα περιβαλομένη, καὶ ξιφίδιόν τι κρύπτουσα ὑπὸ τῇ στολῇ, οὔτε προσαγορεύουσα κατὰ τὰς συναντήσεις οὐδένα τῶν [b] προσαγορευόντων, οὔτ᾽ ἀποκρινομένη τοῖς μαθεῖν βουλομένοις ὅ τι πέπονθεν, ἀλλὰ σύννους καὶ κατηφὴς, καὶ μεστοὺς ἔχουσα τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων. ὡς δὲ τὴν οἰκίαν εἰσῆλθε τοῦ πατρός· ἔτυχον δὲ συγγενεῖς ὄντες τινὲς παρ᾽ αὐτῷ· τῶν γονάτων αὐτοῦ λαβομένη καὶ περιπεσοῦσα, τέως μὲν ἔκλαιε, φωνὴν οὐδεμίαν προϊεμένη· ἔπειτ᾽ ἀνιστάντος αὐτὴν τοῦ πατρὸς, καὶ τί πέπονθεν ἀξιοῦντος λέγειν· „Ἱκέτις, ἔφη, γίνομαί σου, πάτερ, δεινὴν καὶ [c] ἀνήκεστον ὑπομείνασα ὕβριν, τιμωρῆσαί μοι, καὶ μὴ [d] περιϊδεῖν τὴν σαυτοῦ θυγατέρα θανάτου χείρονα

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

Quum autem dies illuxiſſet, ille in caſtra rediit, nefaria et pernicioſa libidine ſatiata. At Lucretia, illum caſum aegerrime ferens, quanta maxima potuit celeritate conſcendit carpentum, et Romam atrata petiit, ſub veſte cultrum occultans, neque in ipſo itinere cuiquam ſalutanti ſalutem reddens, neque reſpondens volentibus ſcire quidnam ipſi accidiſſet; ſed cogitabunda, et prae moerore vultum demittens, oculoſque lacrymarum plenos habens. Quum autem ingreſſa fuiſſet domum patris (quidam autem cognati apud eum tunc forte aderant) ſe ad eius pedes proſternens eiuſque genua amplectens, aliquamdiu fleuit, nulla voce emiſſa: deinde, quum pater eam erexiſſet, eamque rogaſſet, vt diceret quod ſibi accidiſſet, „Supplex, inquit, ad te confugio, pater, grauem et non credendam paſſa iniuriam: quare eam mea cauſſa vlciſcere, nec deſpice tuam filiam, quae iniuriam vel ipſa

b Rectius actiua forma προσαγορευόντων (nam vulgatae dant προσαγορευομένων) vel deponenti ἀσπαζομένων. *Sylb.* Ἀσπαζομένων in *Cod. Vat.*

c Ἀνήκεστον *Vat.* et *Lapi Codd.* atque ita legendum eſſe coniiciebat *Sylb.* vulgo ἀνείκαστον legitur.

d Περιϊδεῖν *Vat.* vulgatae περιΐδῃς. quae etiam τιμώρησαι dant, quaſi imperatiuus aor. I. in medio ſit. Sed eſt infinitiuus aor. I. in actiuo τιμωρῆσαι properiſpomenως.

e Male

[e]παθοῦσαν.„ Θαυμάσαντος δ᾽ αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τίς ὕβρικεν αὐτὴν, καὶ ποταπὴν ὕβριν, ἀξιοῦντος λέγειν· „Ἀκούσῃ τὰς ἐμὰς [f] συμφορὰς, ἔφη, ὦ πάτερ, οὐκ εἰς μακράν· [g] χάρισαι δέ μοι ταύτην, πάτερ, πρῶτον αἰτουμένῃ τὴν χάριν· κάλεσον ὅσους δύνασαι φίλους τε καὶ συγγενεῖς, ἵνα παρ᾽ ἐμοῦ τῆς τὰ δεινὰ παθούσης ἀκούσωσι, καὶ μὴ παρ᾽ ἑτέρων. ὅταν δὲ μάθῃς τὰς κατασχούσας αἰσχρὰς καὶ δεινὰς ἀνάγκας, βουλεύσῃ μετ᾽ αὐτῶν ὅντινα τιμωρήσεις ἐμοί τε καὶ σεαυτῷ τρόπον· [h] καὶ μὴ πολὺν ποίει χρόνον τὸν διὰ μέσου.„

Ταχεία δὲ καὶ κατεσπουδασμένῃ παρακλήσει τῶν LXVII. ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν εἰς τὴν οἰκίαν συνελθόντων, ὥσπερ ἠξίου, πρὸς αὐτοὺς λέγει ἅπαν τὸ πρᾶγμα, ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβοῦσα. καὶ μετὰ τοῦτο ἀσπασαμένη τὸν πατέρα, καὶ πολλὰς λιτανείας ἐκείνου τε καὶ τῶν σὺν αὐτῷ παρόντων

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

ipſa morte grauiorem accepit.„ Illo autem et caeteris omnibus admirantibus, et quis eius iniuriae auctor, quodue genus iniuriae eſſet dicere iubentibus, „Audies (inquit) pater, breui meas calamitates: ſed primum, pater, mihi petenti hoc beneficium largire. Conuoca quotquot amicos et cognatos potes, vt illi ex me ipſa, cui acerba adeo facta eſt iniuria, audiant, non ex aliis. Quum autem intellexeris foedam et grauem neceſſitatem, quae me implicitam tenet, deinde cum illis deliberabis quomodo meam tuamque iniuriam ſis vlturus; nec longas moras interponas.„

Quum autem nobiliſſimi viri, celeriter et magna feſtinatione aduocati, domum conueniſſent, quemadmodum illa poſtularat, rem totam ab ipſo principio repetitam illis narrauit. Poſtea patrem complexa, et multis precibus ipſum et illos, qui cum eo aderant

e Male in *Ed. Steph.* πκθοῦσα.

f Συμφορὰς, ἔφη, ὦ πάτερ *Vat.* vulgatis ἔφη deeſt et proximum δὲ.

g Χάρισαι δέ μοι πρῶτον *Vat.*

h Vel ποίει, vel aliquid huiuſmodi deeſſe videtur. Forſan non fuerit abſurdum, ſi verbum ἐγένετο deſiderari vel ſubaudiri dicamus. *Portus.* Optime in *Cod. Vat.* καὶ μὴ πολὺν ποίει χρόνον τὸν διὰ μέσου. ποίει deeſt vulgatis.

ποιησαμένη, θεοῖς τε καὶ δαίμοσιν εὐξαμένη ταχεῖαν αὐτῇ δοῦναι τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου, σπάσασα τὸ ξιφίδιον, ὃ κατέκρυπτεν ὑπὸ τοῖς πέπλοις, καὶ μίαν ἐνέγκασα διὰ τῶν στέρνων πληγὴν, ἕως τῆς καρδίας ὠθεῖ τὸ ξίφος. κραυγῆς δὲ καὶ θρήνου καὶ [i] τυπετοῦ γυναικείου τὴν οἰκίαν ὅλην κατασχόντος, ὁ μὲν πατὴρ περιχυθεὶς τῷ σώματι [k] περιέβαλλε καὶ ἀνεκαλεῖτο, καὶ ὡς ἀνοίσουσαν ἐκ τοῦ τραύματος [l] ἐτημελεῖτο. ἡ δ' ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτοῦ σπαίρουσα καὶ ψυχορραγοῦσα ἀποθνήσκει. τοῖς δὲ παροῦσι Ῥωμαίων οὕτω δεινὸν ἔδοξεν εἶναι καὶ ἐλεεινὸν τὸ πάθος, ὥστε μίαν ἁπάντων γενέσθαι φωνὴν, ὡς μυριάκις αὐτοῖς κρεῖττον εἴη τεθνάναι περὶ τῆς ἐλευθερίας, ἢ τοιαύτας ὕβρεις ὑπὸ τῶν τυράννων γινομένας περιορᾶν. ἦν δέ

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

aderant obteſtata, deos etiam * lareſque ſuppliciter precata, vt ſe cito vita liberarent, educto cultro, quem ſub veſte abditum habebat, et pectori vnico vulnere illato, illam ad cor vſque adegit. Clamore autem et eiulatu ac planctu muliebri per totam domum exorto, pater ipſam complexus fouebat, et nomine ſaepius vocabat, et, quaſi ex vulnere conualeſcere et ſanari potuiſſet, eam omni diligentia adhibita curabat. At illa in eius vlnis palpitans et animam luctantem efflans, moritur. Romanis vero, qui aderant, adeo atrox et miſerandus ille caſus eſt viſus, vt omnes vno ore vociferarentur; ſatius eſſe ſibi pro libertate millies mori, quam tales iniurias a tyrannis illatas perpeti. Inter eos erat quidam

* Quidam δαίμονας non *lares*, ſed *genios* interpr. quidam et *daemones*, vocem Graecam retinendo. *Portus.*

i Amat *Dionyſius* vocibus interdum vti nouis et καινοπρεπέσι. Sic τυπετὸν maluit dicere quam κοπετὸν, qua dictione et reliqui vtuntur, et *Dionyſius* ipſe alibi. *Caſ.*

k Vt hic pater filiam περιέβαλε, ita ſupra (p. 76. v. 12.) τείχει περιβαλόντες καὶ τάφρῳ et paullo infra (p. 254. v. 22.) περιλαβεῖν τὴν νεκράν. Vtriuſque vſurpationis et alibi leguntur exempla. *Sylb.* In *Cod. Vat.* περιέβαλλε. geminato (in imperfecto,) quod in vulgatis ſimplex eſt, vt in aor. 2.

l Ita ex *Cod. Vat.* (ſc. ἐπεμελεῖτο) dedi. [oratio haec eſt Hudſoni.] antea in vtraque Editione excuſum erat ἐτημελεῖτο. quam lectionem reuocandam duxit R.

m Non

τις ἐν αὐτοῖς Πούπλιος Οὐαλέριος, ἑνὸς τῶν ἅμα [m] τῷ Τατίῳ παραγενομένων εἰς Ῥώμην Σαβίνων ἀπόγονος, δραστήριος ἀνὴρ καὶ φρόνιμος. οὗτος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον πέμπεται ὑπ' αὐτῶν, τῷ τ' ἀνδρὶ τῆς Λουκρητίας τὰ συμβεβηκότα φράσων, καὶ σὺν ἐκείνῳ πράξων ἀπόστασιν τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους ἀπὸ τῶν τυράννων. ἄρτι δ' αὐτῷ τὰς πύλας ἐξεληλυθότι συναντᾷ κατὰ δαίμονα παραγινόμενος εἰς τὴν πόλιν ὁ Κολλατῖνος ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου, τῶν κατεσχηκότων τὴν οἰκίαν αὐτοῦ κακῶν οὐδὲν εἰδώς· καὶ σὺν αὐτῷ [n] Λεύκιος Ἰούνιος, ᾧ Βροῦτος ἐπώνυμον ἦν· εἴη δ' ἂν ἐξερμηνευόμενος ὁ Βροῦτος εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον, ἠλίθιος. ὑπὲρ οὗ μικρὰ προειπεῖν ἀναγκαῖον, ἐπειδὴ τοῦτον ἀποφαίνουσι Ῥωμαῖοι τῆς καταλύσεως τῶν τυράννων γενέσθαι αἰτιώτατον, τίς τ' ἦν καὶ ἀπὸ τίνων, καὶ διὰ τί τῆς ἐπωνυμίας ταύτης ἔτυχεν οὐδὲν αὐτῷ προσηκούσης.

Τῷ ἀνδρὶ τούτῳ πατὴρ μὲν ἦν Μάρκος Ἰούνιος, LXVIII ἑνὸς τῶν σὺν Αἰνείᾳ [o] τὴν ἀποικίαν στειλάντων ἀπόγονος, ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις τῶν Ῥωμαίων ἀριθμούμενος δι'

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

quidam P. Valerius, a quodam Sabinorum, qui cum Tatio Romam venerant, oriundus, vir ſtrenuus et prudens. Hic ab illis in caſtra mittitur, vt et marito Lucretiae caſum indicaret, et cum eo milites ad defectionem a tyrannis faciendam ſolicitaret. Ei autem vix portas vrbis egreſſo, Collatinus, qui forte fortuna ex caſtris in vrbem redibat, obuius fit, domeſticae calamitatis penitus ignarus; et cum eo L. Iunius, cui Bruti cognomen erat; quod ſi Graeca lingua Bruti vocem interpreteris, ſonabit ἠλίθιος. De quo pauca praefari eſt neceſſe, (quando Romani huius opera potiſſimum tyrannos vrbe pulſos fuiſſe aſſerunt) quis eſſet, et quibus ortus parentibus, et qua de cauſſa hoc cognomen a moribus ſuis alienum habuerit.

Pater ei fuit M. Iunius, a quodam Aeneae ſocio oriundus, qui ob inſignem virtutem inter nobiliſſimos Romanos habebatur:

m Non agnoſcit *Vat.*
n Λούκιος *Vat.*
o Στειλάντων accipiendum neutraliter, vel legendum σταλέντων forma paſſiua. *Sylb.* Plenius et rectius in *Cod. Vat.* τὴν ἀποικίαν

ἀρετήν· μήτηρ δὲ Ταρκυνία, τοῦ πρότερον βασιλέως Ταρκυνίου θυγάτηρ· αὐτὸς δὲ τροφῆς τε καὶ παιδείας πάσης τῆς ἐπιχωρίου μετέλαβε, καὶ φύσιν [p] εἶχε πρὸς οὐδὲν τῶν καλῶν ἀντιπράττουσαν. ἐπεὶ δὲ Τύλλιον ἀποκτείνας Ταρκύνιος, σὺν ἄλλοις ἀνδράσι πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς καὶ τὸν ἐκείνου πατέρα διεχρήσατο ἀφανεῖ θανάτῳ· δι' οὐδὲν μὲν ἀδίκημα, τοῦ δὲ πλούτου προαχθεὶς εἰς ἐπιθυμίαν, ὃν ἐκ παλαιᾶς τε καὶ προγονικῆς παραλαβὼν εὐτυχίας ἐκέκτητο· καὶ σὺν αὐτῷ τὸν [q] πρεσβύτατον υἱὸν εὐγενές τι φρόνημα διαφαίνοντα, καὶ τὸ μὴ τιμωρῆσαι τῷ θανάτῳ τοῦ πατρὸς οὐκ ἂν ὑπομείναντα· νέος ὢν ὁ Βροῦτος ἔτι καὶ κομιδῇ βοηθείας συγγενικῆς ἔρημος, ἔργον ἐπεχείρησε ποιῆσαι πάντων φρονιμώτατον, ἐπίθετον ἑαυτοῦ καταψεύσασθαι μωρίαν· καὶ διέμεινεν ἅπαντα τὸν ἐξ ἐκείνου χρόνον, ἕως οὗ τὸν ἐπιτήδειον ἔδοξε καιρὸν ἔχειν, φυλάττων τὸ προσποίημα τῆς ἀνοίας· ἐξ οὗ δὲ ταύτης ἔτυχε τῆς ἐπωνυμίας, τοῦτ' αὐτὸν ἐῤῥύσατο

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

batur: mater vero Tarquinia, Tarquinii Priſci regis filia: ipſe vero egregie inſtitutus, et omni indigena diſciplina excultus erat, et ingenium ad omnes ingenuas artes facile habebat. At poſtquam Tarquinius, caeſo Tullio, praeter alios multos, eoſque viros probos, ipſius quoque patrem clandeſtina morte de medio ſuſtulit, (non ob aliquod eius delictum, ſed eius diuitiarum cupiditate ad id adductus, quas, antiquae et opulentae familiae heres, a maioribus congeſtas et ſibi relictas acceperat) et cum eo filium maximum natu, in quo generoſus quidam animus elucebat, et qui caedem inultam manere non fuiſſet paſſus; Brutus adhuc iuuenis, et omni cognatorum auxilio deſtitutus, facinus aggreſſus eſt longe omnium prudentiſſimum, fatui ſpeciem fictitiam aſſumere: deincepſque conſtanter perſeuerauit, donec opportuna videretur oblata occaſio, in illa amentiae ſimulatione, ex qua cognomen hoc adeptus eſt. * Hocque illi vnicum tutamen

ἀποικίαν [quae duo vocabula vulgatis deſunt] στειλάντων, *qui* (vt vertit *Lapus*) *cum Aenea coloniam deduxerunt.*

p Ἔσχε *Vat.*

q Πρεσβύτερον *Vat.*

* Hoc autem ipſum, vt nihil graue a tyranno pateretur, eripuerat,

[r] μηδὲν ὑπὸ τοῦ τυράννου παθεῖν, πολλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀπολλυμένων.

LXIX. Καταφρονήσας γὰρ ὁ Ταρκύνιος τῆς δοκούσης εἶναι περὶ αὐτὸν, ἀλλ᾽ οὐ κατ᾽ ἀλήθειαν ὑπαρχούσης μωρίας, ἀφελόμενος ἅπαντα τὰ πατρῷα, μικρὰ δ᾽ εἰς τὸν καθ᾽ ἡμέραν βίον ἐπιχορηγῶν, ὡς παῖδα ὀρφανὸν ἐπιτρόπων δεόμενον ἐφύλαττεν ὑφ᾽ ἑαυτῷ, διαιτᾶσθαί τε μετὰ [s] τῶν οἰκείων παίδων ἐπέτρεπεν, οὐ διὰ τιμὴν, ὡς ἐσκήπτετο πρὸς τοὺς πέλας, οἷα δὴ συγγενὴς, ἀλλ᾽ ἵνα γέλωτα παρέχῃ τοῖς μειρακίοις, λέγων τ᾽ ἀνόητα πολλὰ, καὶ πράττων ὅμοια τοῖς κατ᾽ ἀλήθειαν ἠλιθίοις. καὶ δὴ καὶ ὅτε τῷ Δελφικῷ μαντείῳ χρησομένους ἀπέστελλε τῶν παίδων τοὺς δύο, Ἄρροντα καὶ Τίτον, ὑπὲρ τοῦ λοιμοῦ· κατέσκηψε γάρ τις ἐπὶ τῆς ἐκείνου βασιλείας οὐκ εἰωθυῖα νόσος εἰς παρθένους τε καὶ παῖδας, ὑφ᾽ ἧς πολλὰ διεφθάρη σώματα, χαλεπωτάτη δὲ καὶ δυσίατος εἰς τὰς κυούσας γυναῖκας, αὐτοῖς βρέφεσιν ἀποκτείνουσα τὰς μη-

tutamen fuit aduerſus Tyranni crudelitatem, in multos bonoſque viros debacchantis. *L. Tarquinius Superbus Romanorum* REX VII.

Tarquinius enim eam, quae illi ineſſe videbatur, reuera tamen non inerat, valde deſpiciens fatuitatem, omnibus bonis paternis ipſum ſpoliarat: et exiguum quiddam pro victu quotidiano ei ſuppeditans, vt pupillum tutoribus indigentem apud ſe ſeruabat; et cum ſuis filiis verſari patiebatur; non honoris cauſſa, vt apud propinquos ſimulabat, quod eſſet cognatus; ſed vt riſum adoleſcentibus moueret, et illis eſſet oblectamento, ſtulta multa proferens, et veris fatuis ſimilia agendo. Quinetiam quando ſuos duos filios, Aruntem et Titum, oraculum Delphicum de peſte conſulturos miſit, (nam illo regnante morbi quoddam genus inuſitatum in virgines et pueros graſſabatur, quo multi interibant, grauiſſimum et ſanatu difficile in mulieribus praegnantibus, quandoquidem matres cum ipſo foetu paſſim per medias vias

puerat, multis probiſque viris perditis. *Lapus.*

r Μηδὲν δεινὸν ὑπὸ τοῦ *Vat.* et *Lapi Codd.*

s Τῶν ἰδίων *Vat.*

t Ἀγοραῖς

τέρας ἐν ταῖς [t] ἀγοραῖς· τήν τ' αἰτίαν τῆς νόσου γνῶναι παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ τὴν λύσιν βουλόμενος, συνέπεμψε κἀκεῖνον ἅμα τοῖς μειρακίοις δεηθεῖσιν, ἵνα κατασκώπτειν τε καὶ περιυβρίζειν ἔχοιεν. ὡς δὲ παρεγενήθησαν [u] εἰς τὸ μαντεῖον οἱ νεανίσκοι, καὶ τοὺς χρησμοὺς ἔλαβον ὑπὲρ ὧν ἐπέμφθησαν, ἀναθήμασι δωρησάμενοι τὸν θεὸν, καὶ τοῦ Βρούτου πολλὰ καταγελάσαντες, ὅτι βακτηρίαν ξυλίνην ἀνέθηκε τῷ Ἀπόλλωνι· ὁ δὲ [x] διατρήσας ὅλην ὥσπερ αὐλὸν, χρυσῆν ῥάβδον ἀνέθηκεν οὐδενὸς ἐπισταμένου· καὶ μετὰ τοῦτ' ἠρώτων τὸν θεὸν, τίνι πέπρωται τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν παραλαβεῖν· ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς ἀνεῖλε, τῷ πρώτῳ τὴν μητέρα [y] φιλήσαντι [z]. οἱ μὲν οὖν νεανίσκοι, τοῦ χρησμοῦ τὴν διάνοιαν ἀγνοήσαντες, συνέθεντο πρὸς ἀλλή-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

vias enecabat) quod ex ipſo deo cognoſcere vellet et morbi cauſam, et rationem qua eo poſſet liberari, illum quoque miſit cum adoleſcentibus; hoc eorum precibus concedens, vt haberent cui verbis et factis illuderent. Adoleſcentes igitur illi quum ad oraculum veniſſent, et reſponſum accepiſſent eorum quorum cauſa fuerant miſſi, donariis deo donatis, et valde deriſo Bruto, quod baculum ligneum Apollini dicaſſet, (at illo nullo rem ſciente baculum perforarat vt fiſtulam, et auream virgam dicarat) poſtea ex deo ſciſcitati ſunt, quemnam fata Romanorum principem futurum deſtinaſſent: deus illis reſpondit, eum, qui primus matri oſculum tuliſſet. Illi igitur, quum non percepiſſent quid ſibi vellet oraculum, pacti

t Ἀγοραῖς ſuſpectum ſuit etiam *Lapo:* nam pro eo legit ὠδῖσι *in partu.* Verior eſt *Gelenii* conjectura, legendum eſſe ἀγυιαῖς *Sylb.* In *Cod. Vat.* ταῖς γοναῖς. atque ita forſan legebat *Lapus.*

u Ἐπὶ τὸ μαντεῖον *Vat.*

x Ἀνατρήσας αὐτὴν ὅλην *Vat.*

y Rectius forte φιλήσοντι futuro tempore: itidemque in verſione, *oſculaturus eſſet. Sylb.*

z Τῷ πρώτῳ τὴν μητέρα φιλήσαντι] *Plinius* Brutum non Italam, ſed Delphicam tellurem oſculatum refert, ſub finem lib. XV. ibi enim de lauro verba faciens, ſic ſcribit; *quia ſpectatiſſima in monte Parnaſſo: idque etiam grata Apollini, aſſuetis eo dona mittere iam et regibus Romanis, teſte L. Bruto: fortaſſis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem publicam is meruiſſet, lauriferam tellurem illam oſculatus ex reſponſo. Sylb.*

a Non

λους ἅμα φιλῆσαι τὴν μητέρα, βουλόμενοι κοινῇ τὴν βασιλείαν κατασχεῖν. ὁ δὲ Βροῦτος συνεὶς ὃ βούλεται δηλοῦν ὁ θεός, ἐπειδὴ τάχιστα τῆς Ἰταλίας [a] ἐπέβη, προκύψας κατεφίλησε τὴν γῆν, ταύτην οἰόμενος ἁπάντων εἶναι μητέρα. τὰ μὲν οὖν [b] προγεγενημένα τῷ ἀνδρὶ τούτῳ τοιαῦτα ἦν.

Τότε δ' ὡς ἤκουσε τοῦ Οὐαλερίου τὰ συμβάντα τῇ LXX. Λουκρητίᾳ καὶ τὴν ἀναίρεσιν αὐτῆς διηγουμένου, τὰς χεῖρας ἀνατείνας εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπεν· „Ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ πάντες, ὅσοι [c] τὸν ἀνθρώπινον ἐπισκοπεῖτε βίον, ἆρά γε ὁ καιρὸς ἐκεῖνος ἥκει νῦν, ὃν ἐγὼ περιμένων ταύτην τοῦ βίου [d] τὴν προσποίησιν ἐφύλαττον; ἆρα πέπρωται Ῥωμαίοις ὑπ' ἐμοῦ καὶ δι' ἐμὲ τῆς ἀπορρήτου τυραννίδος ἀπαλλαγῆναι;„ Ταῦτα εἰπὼν ἐχώρει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἅμα τῷ Κολλατίνῳ τε καὶ Οὐαλερίῳ. [e] ὡς δ' εἰσῆλθον, ὁ μὲν Κολλατῖνος ἰδὼν τὴν Λουκρητίαν ἐν τῷ μέσῳ κειμένην, καὶ τὸν πατέρα περικείμενον αὐτῇ, μέγα ἀνοιμώξας καὶ περιλαβὼν τὴν νεκρὰν κατεφίλει, καὶ ἀνεκα-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

pacti inter ſe ſunt vt ſimul matrem oſcularentur, quod communi regno potiri vellent. At Brutus, dei mente intellecta, ſtatim vbi primum Italiam eſt ingreſſus, prolapſus terram eſt oſculatus, hanc communem omnium parentem arbitratus. Quae igitur huic viro ante euenere, huiuſmodi fuere.

Tunc vero vbi cognouit ex Valerii verbis Lucretiae caſum et caedem, manibus in coelum ſublatis dixit: „O Iupiter et caeteri dii omnes, quibus res mortalium curae ſunt, numquid tempus illud iam venit, quod ego exſpectans hanc vitae ſimulationem *indui, et ad hunc vſque diem* ſeruaui? numquid fatale eſt Romanis vt a me et mea opera tyrannide nefaria liberentur?„ His dictis magna contentione domum ſimul cum Collatino et Valerio petiit. Quum autem ingreſſi fuiſſent, et Collatinus Lucretiam in medio iacentem vidiſſet, et patrem eam amplectentem, ingenti gemitu edito, ipſam mortuam amplexus oſculabatur, et ſaepius

a Non agnoſcit *Vat.* γῆς, quod vulgatae hic addunt.

b Προγενόμενα *Vat.*

c Τῶν ἀνθρώπων *Vat.*

d Τὴν προσποίησιν *Vat.* vulgatis deeſt articulus.

e Ὡς δ' εἰσῆλθεν *Vat.*

f Πρὸς

λεῖτο, καὶ διελέγετο [f] ὡς πρὸς ζῶσαν, ἔξω τοῦ φρονεῖν γεγονὼς ὑπὸ τοῦ κακοῦ. πολλὰ δ' αὐτοῦ κατολοφυρομένου, καὶ τοῦ πατρὸς ἐν μέρει, καὶ τῆς οἰκίας ὅλης κλαυθμῷ [g] καὶ θρήνῳ κατεχομένης, βλέψας εἰς αὐτοὺς ὁ Βροῦτος λέγει· „Μυρίους ἕξετε καιροὺς, ὦ Λουκρήτιε καὶ Κολλατῖνε, καὶ ἅπαντες ὑμεῖς οἱ τῇ γυναικὶ προσήκοντες, ἐν οἷς αὐτὴν κλαύσετε. νυνὶ δὲ ὡς τιμωρήσομεν αὐτῇ [h] μελετῶμεν· τοῦτο γὰρ ὁ παρὼν καιρὸς ἀπαιτεῖ." [i] Ἐδόκει τὰ εἰκότα λέγειν· καὶ καθεζόμενοι καθ' ἑαυτοὺς, τὸν οἰκετικὸν ὄχλον ἐκ ποδῶν μεταστήσαντες, ἐβουλεύοντο τί χρὴ πράττειν. πρῶτος δὲ ὁ Βροῦτος ἀρξάμενος ὑπὲρ ἑαυτοῦ λέγειν, ὅτι τὴν δοκοῦσαν τοῖς πολλοῖς μωρίαν οὐκ εἶχεν ἀληθινὴν, ἀλλ' ἐπίθετον, καὶ τὰς αἰτίας εἰπὼν, δι' ἃς τὸ προσποίημα τοῦτο ὑπέμεινεν, καὶ δόξας ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι φρονιμώτατος, μετὰ τοῦτ' ἔπειθεν αὐτοὺς τὴν αὐτὴν γνώμην ἅπαντας λαβόντας, ἐξελάσαι Ταρκύνιόν τε καὶ τοὺς παῖδας ἐκ τῆς πόλεως, πολλὰ καὶ

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

ſaepius nomine vocabat, et cum ea vt cum viua colloquebatur, prae mali dolore mentis non compos. Quum autem ille valde eam lugeret, et ipſe quoque pater ex altera parte idem faceret, et domus tota fletu ac lamentis plena eſſet, dicit Brutus ad eos conuerſus, „Alias, Lucreti et Collatine, voſque omnes huius mulieris neceſſarii, ſatis temporis ad eam deflendam habebitis. Sed iam quomodo iniuriam ipſi illatam vindicare poſſimus eſt cogitandum: hoc enim praeſens tempus poſtulat.„ Viſus eſt recte monere: quare ſoli ſedentes, et ſemota omnium domeſticorum ac famulorum turba, conſultabant quid faciendum eſſet. Tum Brutus coepit primum de ſe verba facere, *dixitque* eam ſtultitiam in ſe reuera minime eſſe quam multi exiſtimabant, ſed ſe *ad tempus* eam ſimulaſſe, et allatis cauſſis cur eius ſimulationem induere non dubitaſſet, et omnium hominum facile prudentiſſimus iudicatus, poſtea illis perſuaſit, vt omnes communi conſenſu ex vrbe Tarquinium et eius liberos expellerent, multa loquutus

f Πρὸς αὐτὴν ὥσπερ ζῶσαν *Vat.*
g Καὶ θρήνοις *Vat.*
h Σκοπῶμεν *Vat.*
i Ἐδόκει τὰ εἰκότα λέγειν *Vat.* loco ſecundi vocabuli vulgatae dant ταῦτα.

k Lapus

ἐπαγωγὰ εἰς τοῦτο διαλεχθείς. ἐπεὶ δὲ πάντας εἶδεν ἐπὶ τῆς αὐτῆς γνώμης ὄντας, οὐ λόγων ἔφη δεῖν, οὐχ ὑποσχέσεων, ἀλλ' ἔργων, εἴ τι τῶν δεόντων μέλλει γενήσεσθαι· ἄρξειν δὲ τούτων αὐτὸς ἔφη. Ταῦτ' εἰπών, καὶ λαβὼν τὸ ξιφίδιον, ᾧ διεχρήσατο ἑαυτὴν ἡ γυνή, καὶ τῷ [k] πτώματι προσελθὼν αὐτῆς· [l] ἔτι γὰρ ἔκειτο ἐν τῷ φανερῷ θέαμα οἴκτιστον· [m] ὤμοσε τόν τ' Ἄρην καὶ τοὺς ἄλλους θεούς, [n] πάντα καθ' ὅσον δύναται πράξειν ἐπὶ καταλύσει τῆς Ταρκυνίου δυναστείας· καὶ οὔτ' αὐτὸς διαλλαγήσεσθαι πρὸς τοὺς τυράννους, οὔτε τοῖς διαλαττομένοις ἐπιτρέψειν, ἀλλ' ἐχθρὸν ἡγεῖσθαι τὸν [o] μὴ ταῦτα βουλόμενον,

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

quutus *ea de re* et ad perſuadendum efficacia. Quum autem vidiſſet omnes in eadem eſſe ſententia, non verbis opus eſſe dixit, non pollicitationibus, ſed factis, ſi quid eorum quae erant facienda peragere vellent; ſeque horum initium facturum inquit. Quum haec dixiſſet, et cultrum cepiſſet quo Lucretia ſe interemerat, *quumque ad eam acceſſiſſet, ori impoſuit; (adhuc enim ſpectaculum maxime miſerandum propalam erat) per Martem et caeteros deos iurauit, ſe vel quauis ratione pro viribus Tarquinii tyrannidem euerſurum: nec ſe vnquam cum tyrannis in gratiam rediturum, ** nec alios redire paſſurum; ſed in poſterum ſe hoſtis loco habiturum quicunque id vellet facere, ſe-

que

k *Lapus* quoque legebat σώματι, vt ex verſione conſtat. Sed non aſpernanda eſt *Gelenii* ſententia, qui maluit σώματι. *Sylb.* Πτώματι tamen malim cum *Cod. Vat.*

l Deſideratur in *Cod. Vat.* ἔθηκεν in vulgatis hic verſans, et commode ſatis abeſſe poteſt.

* Et accedens ad os eius impoſuiſſet *Lapus.*

m Ὤμοσε τόν τε Ἄρην *Vat.* articulus a vulgatis abeſt.

n Πᾶν ὅσον *Vat.* vulgatae πάντα ὅσον.

** Nec conciliatis concederet. *Lapus.* Nec aliis reconciliandae gratiae copiam facturum. *Gelen.*

o Μετὰ ταῦτα] In *Lapi* etiam codice fuiſſe huiuſmodi ſcripturam indicat eius verſio, *inimicum ducere haec volentem.* Verum μετ' αὐτῶν legiſſe videtur *Gelenius*; dum transfert, *amicos eorum pro hoſtibus habiturum.* Mihi non dubium eſt, quin ſcribendum ſit μὴ ταῦτα, *diuerſumque ſentientes pro amicis habiturum. Sylb.* Huic coniecturae fauet *Cod. Vat.* in quo reperimus ἡγήσεσθαι τὸν μὴ ταῦτα.

καὶ μέχρι θανάτου τῇ τυραννίδι καὶ τοῖς συναγωνιζομένοις αὐτῇ διεχθρεύσειν. εἰ δὲ παραβαίη τὸν ὅρκον, τοιαύτην αὐτῷ τελευτὴν ἠράσατο τοῦ βίου γενέσθαι καὶ τοῖς αὐτοῦ παισὶν, οἵας ἔτυχεν ἡ γυνή.

LXXI. Ταῦτ' εἰπὼν ἐκάλει καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἐπὶ τὸν αὐτὸν ὅρκον. οἱ δ' οὐδὲν ἔτι ἐνδοιάσαντες ἀνίσταντο, καὶ τὸ ξίφος δεχόμενοι παρ' ἀλλήλων, ὤμνυον. γενομένων δὲ τῶν [p] ὅρκων, μετὰ τοῦτ' ἐζήτουν τίς αὐτοῖς ὁ τῆς ἐπιχειρήσεως ἔσται τρόπος. καὶ ὁ Βροῦτος αὐτοῖς ὑποτίθεται [q] τοιαῦτα· „Πρῶτον μὲν διὰ φυλακῆς τὰς πύλας ἔχωμεν, ἵνα μηδὲν τῶν ἐν τῇ πόλει λεγομένων τε καὶ πραττομένων κατὰ τῆς τυραννίδος αἴσθηται Ταρκύνιος, πρὶν ἢ τὰ [r] παρ' ἡμῶν εὐτρεπῆ γενέσθαι. ἔπειτα κομίσαντες τὸ σῶμα τῆς γυναικὸς, ὡς ἔστιν αἵματι πεφυρμένον, εἰς τὴν ἀγορὰν, [s] καὶ προθέντες ἐν φανερῷ, συγκαλῶμεν τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν. ὅταν δὲ συνέλθῃ, καὶ

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

que * capitali odio tyrannidem eiuſque fautores *ac defenſores* proſequuturum. Quod ſi iuſiurandum violaſſet, tale mortis genus, quale mulieri illi contigerat, ſibi liberiſque ſuis eſt imprecatus.

His dictis, caeteros omnes ad idem iuſiurandum vocauit. Illi vero non amplius cunctantes ſurrexerunt, et, cultro illo per manus ſubinde accepto, iurarunt. Quum autem iuraſſent, poſtea rationem, qua rem ipſam aggrederentur, quaerere coeperunt: et Brutus hoc conſilium illis dedit. „Primum ad vrbis portas cuſtodes adhibeamus, ne quid eorum, quae in vrbe aut dicuntur aut fiunt contra tyrannidem Tarquinius ſentiat, antequam res noſtrae ſint paratae. Deinde allato mulieris cadauere in forum, vt eſt

* *Al.* vſque ad mortem, *aut* vſque ad vitae finem.

p Ὁρκωμοσιῶν, μετὰ τοῦτ' εὐθὺς ἐζήτουν τίς ὁ τῆς *Vat.*

q Τοιάδε *Vat.*

r Παρ' ὑμῶν *Vat.*

s Καὶ προσθέντες ἐν φανερῷ, συγκαλῶμεν τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν. ὅταν δὲ συνέλθῃ, καὶ πλήθουσαν ἴδωμεν τὴν ἀγορὰν, προελθὼν Λουκρήτιος etc. *Vat.* quae omnia deſunt vulgatis. atque ita *Lapus*, dum vertit, *proponenteſque in aperto, conuocemus ad concionem populum: et vbi conuenit, videbimuſque forum plenum, progred.* etc.

t Malim

πλήθουσαν ἴδωμεν τὴν ἀγοράν, προελθὼν Λουκρήτιός τε καὶ Κολλατῖνος, ἀποδυράσθωσαν τὰς ἑαυτῶν τύχας, [t] ἅπαντα τὰ γενόμενα φράσαντες. ἔπειτα τῶν ἄλλων ἕκαστος παριὼν κατηγορείτω τῆς τυραννίδος, καὶ τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλείτω. ἔσται δὲ πᾶσι Ῥωμαίοις κατ᾽ εὐχήν, ἐὰν ἴδωσιν ἡμᾶς τοὺς πατρικίους ἄρχοντας τῆς ἐλευθερίας· πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ πεπόνθασιν ὑπὸ [u] τοῦ Ταρκυνίου, καὶ μικρᾶς ἀφορμῆς δέονται. ὅταν δὲ λάβωμεν τὸ πλῆθος ὡρμημένον καταλῦσαι τὴν μοναρχίαν, ψῆφόν τ᾽ αὐτοῖς ἀναδῶμεν ὑπὲρ τοῦ μηκέτι Ῥωμαίων Ταρκύνιον ἄρξειν, καὶ τὸ περὶ τούτου δόγμα πρὸς τοὺς ἐπὶ στρατοπέδου διαπεμψώμεθα ἐν τάχει. καὶ γὰρ οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες, εἰ μάθοιεν ὅτι τὰ ἐν τῇ πόλει πάντα τοῖς τυράννοις ἐστὶν ἀλλότρια, πρόθυμοι περὶ τὴν τῆς πατρίδος ἐλευθερίαν γενήσονται, [x] οὔτε δωρεαῖς ἔτι κατεχόμενοι, οὔτε τὰς ὕβρεις τῶν Ταρκυνίου παίδων τε

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

vt eſt cruore foedatum, Lucretius et Collatinus in medium progreſſi, re tota ordine narrata, ſuas calamitates deplorent. Deinde aliorum vnuſquiſque, progreſſus in medium, in tyrannidem inuehatur, et ciues ad libertatem recuperandam prouocet. Hoc autem omnibus Romanis optatiſſimum erit, ſi a nobis patriciis libertatis initium fieri viderint: multas enim et graues iniurias a Tarquinio acceperunt, paruoque impulſu ac leui occaſione ipſis eſt opus. Vbi vero habuerimus plebem ad tyrannidem euertendam concitatam, eius ſuffragiis Tarquinio regnum abrogemus, et hoc plebiſcitum celeriter ad eos qui ſunt in caſtris mittamus. Nam ſi milites armati totam vrbem a tyrannis alienatam eſſe cognouerint, patriae libertati ſtudebunt; nec largitionibus

t Malim ἅπαντα τὰ γενόμενα. quae ſtructura paſſim eſt obuia. *Sylb.* Eandem lectionem habet *Cod. Vat.* Articulus nempe vulgatis deeſt.

u Τοῦ τυράννου *Vat.*

x Poſt κατεχόμενοι videtur deeſſe tale quodpiam membrum, οὔτε φόβῳ, aut ſimile aliud: vel pro οὔτε legendum οὐδὲ hoc ſenſu, *ac ne largitionibus quidem ſe retineri patientur.* Ambigue quidem *Lapus* vertit, *neque amplius vt antea largitionibus detenti, neque vlterius contumelias filiorum, adulantiumque eis ferre valentes.*

καὶ κολάκων φέρειν δυνάμενοι.„ Ταῦτα λέξαντος αὐτοῦ, παραλαβὼν τὸν λόγον Οὐαλέριος, „[y] Τἆλλα μὲν, ἔφη, ὀρθῶς ἐπιλογίζεσθαί μοι δοκεῖς, Ἰούνιε· περὶ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἔτι βούλομαι μαθεῖν, τίς ὁ καλέσων ἔσται αὐτὴν κατὰ νόμους, καὶ τὴν ψῆφον ἀναδώσων ταῖς φράτραις. ἄρχοντι γὰρ ἀποδέδοται τοῦτο πράττειν· ἡμῶν δὲ οὐδεὶς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔχει.„ Ὁ δὲ ὑπολαβὼν [z]· „Ἐγὼ, φησὶν, Οὐαλέριε. τῶν γὰρ [a] Κελερίων ἄρχων εἰμί· καὶ ἀποδέδοταί μοι κατὰ νόμους ἐκκλησίαν, ὅτε βουλοίμην, συγκαλεῖν. ἔδωκέ μοι τὴν ἀρχὴν ταύτην ὁ Ταρκύνιος, μεγίστην οὖσαν, ὡς ἠλιθίῳ, καὶ οὔτ᾽ αἰσθησομένῳ τῆς δυνάμεως αὐτῆς, οὔτ᾽, εἰ γνοίην, χρησομένῳ· καὶ τὸν κατὰ τοῦ τυράννου λόγον πρῶτος ἐγὼ διαθήσομαι.„

LXXII. Ὡς δὲ τοῦτ᾽ ἤκουσαν, ἅπαντες ἐπῄνεσάν τε καὶ

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

tionibus amplius detinebuntur.„ Haec quum ille dixiſſet, Valerius eius verba excipiens, „Reliqua quidem, inquit, Iuni, recte mihi videris ratiocinatione tua colligere: caeterum de comitiis illud ex te ſcire velim, quiſnam legitime ea indicere, et ſuffragia curiis diſtribuere poſſit.„ Magiſtratus enim hoc eſt officium: nemo vero noſtrum vllum magiſtratum gerit. Ad haec ille: „Ego, inquit, Valeri. Sum enim Celerum tribunus, et concionis conuocandae, quotieſcunque velim, poteſtas mihi per leges eſt data. Tarquinius enim maximum hunc magiſtratum dedit mihi, vt ſtulto, et tanquam homini eius vim ac poteſtatem non cogniturо, neque ſi cognoſcerem ea vſuro: quinetiam ego primus in tyrannum perorare ſum paratus.„

Omnes his auditis eum laudarunt, et vt honeſti ac legitimi

valentes. Sylb. Pace tanti viri, recte interpretatus eſt *Lapus*: nam in *eius* et *Vat. Cod.* plenius aliquanto, οὔτε σωρεαῖς κατεχόμενοι, οὔτε τὰς ὕβρεις τῶν Ταρκυνίου παίδων τε καὶ κολάκων φέρειν δυνάμενοι. Ταῦτα λέξαντος etc.

y Τὰ μὲν ἄλλα ἔφησεν *Vat.*

z Rectius deeſt ἔφη in *Cod. Vat.*

a In *Ed. Steph.* καλλερίων. quod ſequutus *Gelenius* verterat *ſacrificorum princeps.* Sed vera eſt [*Cod. Vat.*] ſcriptura κελερίων [aut κελέρων] *celerum.* Idem viderat *Camerarius*, et ante illum *Lapus*, qui recte vertit *praefectus celerum:* nam *Liuio* dicitur *tribunus celerum. Sylb.*

b Καὶ

ὡς ἀπὸ καλῆς ὑποθέσεως ἀρξάμενον καὶ νομίμου, [b] καὶ τἄλλα λέγειν αὐτὸν ἠξίουν. κἀκεῖνος εἶπεν, „Ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω πράττειν [c] ἡμῖν [d] δοκεῖ, σκοπώμεθα πάλιν τίς ἡ τὴν πόλιν [e] ἐπιτροπεύουσα ἀρχὴ γενήσεται μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν βασιλέων, καὶ ὑπὸ τίνος ἀποδειχθεῖσα ἀνδρὸς, καὶ ἔτι πρότερον, ὅστις ἔσται πολιτείας λόγος, ὃν ἀπαλλαττόμενοι τοῦ τυράννου καταστησόμεθα. βεβουλεῦσθαι γὰρ ἅπαντα βέλτιον, πρὶν ἐπιχειρεῖν ἔργῳ τηλικῷδε, καὶ μηδὲν ἀνεξέταστον ἀφεῖσθαι, μηδ' ἀπροβούλευτον. ἀποφαινέσθω δὲ περὶ τούτων ἕκαστος ὑμῶν ἃ φρονεῖ.„ Μετὰ τοῦτ' ἐλέχθησαν πολλοὶ καὶ παρὰ πολλῶν λόγοι. ἐδόκει δὲ τοῖς μὲν, βασιλικὴν αὖθις καταστήσασθαι πολιτείαν, ἐξαριθμουμένοις ὅσα εἰς τὴν πόλιν ἐποίησαν ἀγαθὰ πάντες οἱ πρότερον βασιλεῖς· τοῖς δὲ, μηκέτι ποιεῖν ἐφ' ἑνὶ δυνάστῃ τὰ κοινὰ, τὰς τυραννικὰς διεξιοῦσι παρανομίας, αἷς ἄλλοι τε πολλοὶ κατὰ τῶν ἰδίων πολιτῶν ἐχρήσαντο, καὶ Ταρκύνιος τελευτῶν·

legitimi conſilii auctorem, reliqua quoque dicere iuſſerunt. Ille autem reſpondit, „Quando haec nobis ita fieri placet, hoc videamus, quiſnam magiſtratus poſt exactos reges vrbis imperium ſit habiturus, et a quo creatus; imo prius etiam, quaenam ſit futura reipublicae forma, quam tyrannide liberati conſtituemus. Praeſtat enim de his omnibus conſultare antequam tantum facinus aggrediamur; et nihil relinquere, quod non ante diligenter conſiderauerimus et accurate perpenderimus. Dicat vero vnuſquiſque veſtrum quid his de rebus ſentiat.„ Poſtea multi multa fecerunt verba. Ac aliis quidem, recenſentibus omnium ſuperiorum regum beneficia in rempublicam collata, placebat denuo reges creari: alii vero, enumerantes facinora tyrannica et iniurias, quas cúm alii multi ſuis ciuibus intulerant tum etiam Tarquinius poſtremus, vnius poteſtati rempublicam amplius committendam non cenſebant; ſed

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

b Καὶ τὰ λοιπὰ λέγειν *Vat.*

c Nonnulli malint ὑμῖν.

d Δοκεῖ *Vat.* vulg. ἐδόκει

e Ἐπιτροπεύουσα *Vat.* vulg. ἐπιτροπεύσουσα.

ἀλλὰ τὸ συνέδριον τῆς βȣλῆς ἁπάντων ἀποδεῖξαι κύριον, ὡς ἐν πολλαῖς τῶν Ἑλληνίδων πόλεων· οἱ δὲ, τȣ́των μὲν ȣ̓δετέραν προῃρȣ̃ντο τῶν πολιτειῶν, δημοκρατίαν δὲ συνεβȣ́λευον, ὥσπερ Ἀθήνησι, καταστῆσαι, τὰς ὕβρεις καὶ τὰς πλεονεξίας τῶν ὀλίγων προφερόμενοι. καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας τοῖς ταπεινοῖς πρὸς τȣ̀ς ὑπερέχοντας· [f] ἐλευθέρᾳ δὲ πόλει τὴν ἰσονομίαν ἀποφαίνοντες ἀσφαλεστάτην ȣ̓̃σαν καὶ πρεπωδεστάτην τῶν πολιτειῶν.

LXXIII. Χαλεπῆς δὲ καὶ δυσκρίτȣ τῆς αἱρέσεως ἅπασι φαινομένης διὰ τὰς παρακολȣθȣ́σας ἑκάστῃ τῶν πολιτειῶν κακίας, τελευταῖος παραλαβὼν τὸν λόγον ὁ Βρȣ̃τος εἶπεν· „Ἐγὼ δ᾽, ὦ Λȣκρήτιε καὶ Κολλατῖνε, καὶ [g] πάντες ὑμεῖς οἱ παρόντες ἄνδρες ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν, [h] καινὴν μὲν ȣ̓δεμίαν ἡμᾶς οἴομαι δεῖν καθίστασθαι πολιτείαν κατὰ τὸ παρόν· ὅ τε γὰρ καιρὸς, εἰς ὃν συν-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

ſed malebant ſummam rerum penes ſenatum eſſe, vt in plerisque Graeciae ciuitatibus: alii neutram reipublicae formam probabant; ſed dominatum popularem, quemadmodum erat Athenis, conſtituendum ſuadebant; paucorum iniurias et flagitia, quae ob pluris habendi cupiditatem patrantur, proferentes, et ſeditiones quae inter humiliores et potentiores ſolent oriri; et iuris aequabilitatem vere ciuitatis liberae formam omnium tutiſſimam atque honeſtiſſimam eſſe demonſtrantes.

Sed quum omnibus haec electio non ſine negotio et difficultate diiudicari poſſe videretur, ob vitia *et mala* quae vnamquamque reipublicae formam comitantur, poſtremus Brutus orationem excipiens ita eſt loquutus: „Ego vero, Lucreti et Collatine, et omnes vos qui adeſtis viri boni et ex bonis progeniti, in praeſentia nullam nobis nouam reipublicae formam inſtituendam cenſeo. Nam et ipſius temporis anguſtiae, in quas a rebus praeſen-

f Ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει *Vat.* vulg. ἐλευθέραν τε πολιτείαν.

g Πάντες ὑμεῖς οἱ παρόντες *Vat.* pronomen abeſt a vulgatis.

h In *Ed. Steph.* καὶ νῦν μὲν ȣ̓δεμίαν ὑμῶν οἴομαι δεῖν καθίστασθαι πολιτείαν. At *Sylburgii* lectionem firmant *Vat.* et *Lapi Codd.* vt et verba quae ſequuntur. Sed et infra (p. 278. iuxt. *Ed. Sylb.*) καινῆς πολιτείας mentio reperitur.

i Καὶ

ἤγμεθα ὑπὸ τῶν πραγμάτων, βραχὺς, ἐν ᾧ μεθαρμόσασθαι πόλεως κόσμον οὐ ῥάδιον· ἥ τε πεῖρα τῆς μεταβολῆς, κἂν τὰ κράτιστα τύχωμεν περὶ αὐτῆς βουλευσάμενοι, σφαλερὰ καὶ οὐκ ἀκίνδυνος. ἐξέσται δ' ἡμῖν ὕστερον ὅταν ἀπαλλαγῶμεν τῆς τυραννίδος, μετὰ πλείονος ἐξουσίας [i] καὶ κατὰ σχολὴν βουλευσαμένοις τὴν κρείττονα πολιτείαν ἀντὶ τῆς χείρονος ἑλέσθαι· εἰ δή τις ἄρα ἐστὶ κρείττων, ἧς Ῥωμύλος τε καὶ Πομπίλιος, καὶ πάντες οἱ μετ' ἐκείνους βασιλεῖς καταστησάμενοι παρέδοσαν ἡμῖν, ἐξ ἧς μεγάλη καὶ εὐδαίμων καὶ πολλῶν ἄρχουσα ἀνθρώπων ἡ πόλις ἡμῶν διετέλεσεν. ἃ δὲ παρακολουθεῖν εἴωθε ταῖς μοναρχίαις [k] δεινὰ, ἐξ ὧν εἰς τυραννικὴν ὠμότητα περιΐστανται, [l] καὶ δι' ἃ δυσχεραίνουσιν ἅπαντες πρὸς αὐτὰς, ταῦθ' ὑμῖν ἐπανορθώσασθαί τε [m] τὰ νῦν, καὶ ἵνα μηδ' ἐξ ὑστέρου γένηταί ποτε, φυλάξασθαι παραινῶ. τίνα δέ ἐστι ταῦτα; πρῶτον μὲν, ἐπειδὴ τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων οἱ πολλοὶ σκοποῦσι, καὶ ἀπὸ τούτων ἢ προσ-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

praeſentibus ſumus compulſi, non patiuntur vt praeſentem reipublicae ſtatum in alium meliorem facile mutemus: et ipſam mutationem tentare, licet optime de ea conſultauerimus, tamen lubricum eſt, nec periculis caret. At poſtea nobis licebit, quum tyrannide fuerimus liberati, longe liberius et maiore cum otio deliberantibus, meliorem reipublicae formam deteriori antepoſitam eligere: ſi qua tamen eſt melior ea quam Romulus et Pompilius, et caeteri qui poſt eos regnarunt, nobis conſtitutam tradiderunt; qua factum eſt vt reſpublica noſtra euaſerit ampla et fortunata, et multis populis ad hoc vſque tempus conſtanter imperarit. Vitia vero grauia, quae regnum comitari ſolent, ob quae in crudelitatem tyrannicam degenerat, et quae regiam poteſtatem omnibus inuiſam reddunt, ſuadeo vobis vt iſta corrigatis, et caueatis ne vnquam poſthac in haec ipſa recidamus. At quaenam illa ſunt? Primum quidem, quia plerique rerum nomina ſpectant, et propter haec vel res noxias

i Καὶ κατὰ σχολὴν βουλομένοις *Vat.* vulgatae dant καὶ μετὰ σχολῆς β.

k Χαλεπὰ *Vat.*

l Καὶ διαδυσχεραίνουσι *Vat.*

m Καὶ ante νῦν tollenda videtur. *Sylb.*

ἱενταί τινα τῶν βλαβερῶν, ἢ φεύγουσί [n] τῶν ὠφελίμων, ἐν οἷς καὶ τὴν μοναρχίαν εἶναι συμβέβηκε, μεταθέσθαι τοὔνομα τῆς πολιτείας ὑμῖν παραινῶ, καὶ τοὺς μέλλοντας ἕξειν τὴν ἁπάντων [o] ἐξουσίαν, μήτε βασιλεῖς ἔτι μήτε μονάρχους καλεῖν, ἀλλὰ μετριωτέραν τινὰ καὶ φιλανθρωποτέραν [p] αὐτοῖς θέσθαι προσηγορίαν. ἔπειτα μὴ ποιεῖν γνώμην [q] μίαν ἁπάντων κυρίαν, ἀλλὰ δυσὶν ἐπιτρέπειν ἀνδράσι τὴν βασιλικὴν ἀρχήν, ὡς Λακεδαιμονίους πυνθάνομαι ποιεῖν ἐπὶ πολλὰς ἤδη γενεάς, καὶ διὰ τοῦτο τὸ σχῆμα τοῦ πολιτεύματος ἁπάντων μάλιστα τῶν Ἑλλήνων εὐνομεῖσθαί τε καὶ εὐδαιμονεῖν· ἧττον γὰρ ὑβρισταὶ καὶ βαρεῖς ἔσονται, διαιρεθείσης τῆς ἐξουσίας διχῆ, καὶ τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἐχόντων [r] ἑκατέρων· αἰδώς τ' ἀλλήλων καὶ κώλυσις τοῦ καθ' ἡδονὴν ζῆν, φιλοτιμία τε πρὸς ἀρετῆς δόκησιν, ἐκ ταύτης [s] γένοιτ' ἂν τῆς ἰσοτίμου δυναστείας μάλιστα.»

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

noxias expetunt vel vtiles fugiunt, in quarum numero ipſum quoque regnum eſſe contigit, vobis, vt veſtrae reipublicae nomen mutetis, ſuadeo; et eos quorum curae et fidei communis omnium ſalus committetur, non amplius reges neque monarchas vocetis, ſed aliquam modeſtiorem et magis popularem appellationem illis imponatis. Deinde ne rerum ſummam vnius arbitrio et poteſtati committatis; ſed duobus viris regium imperium permittatis, quemadmodum audio Lacedaemonios facere iam per multas aetates, et ob hanc reipublicae formam maxime inter omnes Graecos bonis legibus et opibus florere ac felices eſſe. Minus enim iniurioſi et graues erunt, ſi ea poteſtas bifariam ſit diuiſa, et ſi vterque parem habeat poteſtatem: ex hac enim honoris ac poteſtatis aequalitate maxime fiet, vt viciſſim alter alterum reuereatur, et a voluptuoſo vitae genere retrahat, et aemulatione accendat ad virtutis exiſtimationem *comparandam.*„

Quoniam

n Deeſt τι *Vat.* quod vulgatae pone φ. addunt.

o Ἐξουσίαν *Vat.* vulg. σωτηρίαν·

p Ἐπ' αὐτοῖς *Vat.*

q Ἑνὸς poſt γνώμην inſerui ex *Lapi* verſione, *ſententiam vnius rerum omnium dominam facere.* ac confirmant hanc lectionem quae mox ſequuntur. *Sylb.* In *Cod. Vat.* ἔπειτα μὴ ποιεῖν μίαν γνώμην ἁπάντων. quo modo legendum eſſe coniecerat *Portus.*

r Ἑκατέρου *Vat.*

s Γένοιτ' ἂν ἑκάστου *Vat.*

t Χρυσο-

„Τῶν τε παρασήμων, ἃ τοῖς βασιλεῦσι παραδέδοται, πολλῶν ὄντων, εἴ τινα λυπηρὰς ὄψεις καὶ ἐπιφθόνους τοῖς πολλοῖς παρέχεται, τὰ μὲν μειῶσαι, τὰ δ' ἀφελεῖν οἴομαι δεῖν· τὰ σκῆπτρα ταυτὶ λέγω, καὶ τοὺς χρυσοῦς στεφάνους, καὶ τὰς ἁλουργεῖς καὶ [t] χρυσοσήμους ἀμπεχόνας, πλὴν εἰ μὴ κατὰ καιρούς τινας ἑορταίους, καὶ ἐν πομπαῖς θριάμβων, ὅτε αὐτὰ τιμῆς θεῶν ἕνεκα λήψονται. λυπήσει γὰρ οὐδένα, ἐὰν γένωνται σπάνια· θρόνον δὲ τοῖς ἀνδράσιν ἐλεφάντινον, ἐν ᾧ καθεζόμενοι [u] δικάσουσι, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα περιπόρφυρον, καὶ τοὺς προηγουμένους ἐν ταῖς ἐξόδοις δώδεκα πελέκεις καταλιπεῖν. ἔτι πρὸς τούτοις, ὃ πάντων οἴομαι τῶν εἰρημένων χρησιμώτατον ἔσεσθαι, καὶ τοῦ μὴ πολλὰ ἐξαμαρτάνειν τοὺς παραληψομένους τὴν ἀρχὴν αἰτιώτατον, [x] τὸ" μὴ διὰ βίου τοὺς αὐτοὺς [y] ἐᾶν ἄρχειν· χαλεπὴ γὰρ ἅπασιν LXXIV.

„Quoniam autem multa ſunt inſignia, quae regibus tradita fuerunt; ſi qua populo moleſta ac inuiſa ſunt, eorum quidem partem minuendam, partem penitus tollendam cenſeo: ſceptra iſta intelligo, vt et aureas coronas, et purpureas auroque intertextas trabeas, niſi quibuſdam diebus feſtis, et in triumphi pompis, in quibus haec honoris deorum cauſſa aſſument: (rarus enim horum vſus moleſtus non erit) caeterum, eburneam ſellam, in qua ſedentes iudicant, et togam candidam, praetextamque, et duodecim faſces, qui ipſis per vias praeferentur, *cenſeo* relinquendos: praeterea, quod omnium a me dictorum longe vtiliſſimum fore arbitror, et quod praecipue efficiet ne qui hunc magiſtratum accipient toties delinquant, illud eſt; ne iidem perpetuum imperium et cum vita finiendum habeant: (omnibus enim pergrauis eſt magiſtra-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

t Χρυσοστήμους in *Ed. Steph.* alluſione ad textorum στήμονας vel στήματα, quae Latini ſimiliter vocant *ſtamina.* Χρυσοσήμους, *auro diſtinctos*, poſitum ex auctoritate *Camerarii*, (ſicut nimirum πλατύσημος ἐσθὴς ab aliis dicitur *veſtis lato clauo*) et reperitur infra p. 314. *Lapi* verſio vtramque ſcripturam agnoſcit: nam hoc loco vertit *aurei ſtaminis veſtes*, infra (p. 314.) reddit *aurei claui veſte.*

u Rectius fortaſſe δικάσουσι, quam vulgatae δικάζουσι. *Sylb.* atque ita in *Cod. Vat.*

x Deeſt *Vat.*

y Ἐνάρχειν *Vat.* vulgo ἀεὶ ἄρχειν.

ἀόριστος ἀρχὴ, καὶ μηδεμίαν ἐξέτασιν διδοῦσα τῶν πραττομένων, ἐξ ἧς φύεται τυραννίς· ἀλλ᾽ εἰς ἐνιαύσιον χρόνον, ὡς παρ᾽ Ἀθηναίοις γίνεται, τὸ κράτος τῆς ἀρχῆς συνάγειν. τὸ γὰρ ἐν μέρει τὸν αὐτὸν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι, καὶ πρὸ τοῦ διαφθαρῆναι τὴν διάνοιαν ἀφίστασθαι τῆς ἐξουσίας, συστέλλει τὰς αὐθάδεις φύσεις, καὶ οὐκ ἐᾷ μεθύσκεσθαι ταῖς ἐξουσίαις τὰ ἤθη. Ταῦθ᾽ ἡμῖν καταστησαμένοις ὑπάρξει τὰ μὲν ἀγαθὰ καρποῦσθαι τῆς βασιλικῆς πολιτείας, τῶν δὲ παρακολουθούντων αὐτῇ κακῶν ἀπηλλάχθαι. ἵνα δὲ καὶ τοὔνομα τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας πάτριον ὑπάρχον ἡμῖν, καὶ σὺν οἰωνοῖς αἰσίοις θεῶν ἐπικυρωσάντων παρεληλυθὸς εἰς τὴν πόλιν, αὐτῆς ἕνεκα τῆς ὁσίας φυλάττηται, [z] ἱερῶν ἀποδεικνύσθω τις [a] ἀεὶ-βασιλεὺς, ὁ τὴν τιμὴν ταύτην ἕξων διὰ βίου, πάσης [b] ἀπολελυμένος πολεμικῆς ἀσχολίας, [c] ἓν τοῦτο μόνον ἔχων ἔργον, ὥσπερ ὁ βασιλεὺς, [d] τὴν ἡγεμονίαν τῶν θυηπολιῶν, ἄλλο δ᾽ οὐδέν.»

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

magiſtratus, cui nullum certum tempus eſt praefinitum, et qui nullis actorum ſuorum reddendis rationibus obnoxius eſt; vnde tyrannis naſcitur) ſed *auctor ſum* vt magiſtratus poteſtas in annuum tempus contrahatur, quemadmodum fit apud Athenienſes. nam quod idem partim imperet et partim pareat, et antequam animus ſanaque mens corrumpatur, ab ea poteſtate remoueatur, *hoc* faſtuoſa ingenia reprimit, nec mores hominum illa poteſtate inebriari ſinit. Haec ſi ita conſtituerimus, licebit nobis regiae gubernationis bonis frui; et malorum, quae illam comitantur, immunes eſſe. Sed vt ipſum quoque nomen regiae poteſtatis, noſtris moribus patriis receptum, quod auſpiciis fauſtis diiſque comprobantibus in noſtram ciuitatem fuit introductum, ipſius religionis cauſſa ſacroſanctum ſeruetur; ſemper rex aliquis creetur, cui hic honor ſit perpetuus quamdiu viuet, qui omnis bellicae moleſtiae ſit immunis, et vt rex hanc ſolam ſacrorum curam ſuſtineat, praeterea autem nihil *agat*.„

„Quo

z Ἱερῶν *Vat.* vulgatae ſic exhibent φυλάττηται ἱερὸν, ἀποδεικνύσθω.

a Ἀεὶ βασιλεὺς *Vat.*

b Ἀπολελυμένος *Vat.* vulgo ἀπολυόμενος.

c Ἓν τοῦτο μόνον *Vat.* primum vocab. deeſt vulgatis.

d Τὴν ἡγεμονίαν τῶν θυηπολιῶν *Vat.* duo prima vocabula deſunt vulg.

e Τούτων

„Ὃν δὲ τρόπον ἔςαι [e] τούτων ἕκαςον, ἀκούσατέ μου· LXXV. συνάξω μὲν ἐγὼ τὴν ἐκκλησίαν, ὥσπερ ἔφην, ἐπειδὴ συγκεχώρηταί μοι κατὰ νόμον, καὶ γνώμην εἰσηγήσομαι· φεύγειν Ταρκύνιον ἅμα τοῖς παισὶ καὶ τῇ γυναικὶ, πόλεώς τε καὶ χώρας τῆς Ῥωμαίων εἰργομένους τὸν ἀεὶ χρόνον, καὶ γένος τὸ ἐξ αὐτῶν· ὅταν δ' ἐπιψηφίσωσι τὴν γνώμην οἱ πολῖται, δηλώσας αὐτοῖς ἣν διανοούμεθα πολιτείαν καταςήσασθαι, μεσοβασιλέα ἑλοῦμαι τὸν ἀποδείξοντα τοὺς παραληψομένους τὰ κοινὰ, καὶ αὐτὸς ἀποθήσομαι τὴν τῶν Κελερίων ἀρχήν. ὁ δὲ καταςαθεὶς ὑπ' ἐμοῦ [f] μεσοβασιλεὺς, [g] συναγαγὼν τὴν [h] λοχῖτιν ἐκκλησίαν, ὀνομασάτω τε τοὺς μέλλοντας ἕξειν τὴν [i] μέλλουσαν βασιλείαν, καὶ ψῆφον ὑπὲρ αὐτῶν τοῖς πολίταις δότω· ἐὰν δὲ τοῖς πλείοσι δόξῃ λόχοις κυρίαν εἶναι τὴν τῶν ἀνδρῶν αἵρεσιν, καὶ τὰ μαντεύματα γένηται περὶ αὐτῶν καλὰ, τοὺς πελέκεις οὗτοι παραλαβόντες καὶ τὰ λοιπὰ τῆς

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

„Quo autem modo haec ſingula fient, ex me audite. Ego indicam comitia, quemadmodum dixi, quandoquidem hoc mihi ex legibus eſt conceſſum, et meam ſententiam *apud ciues* declarabo, qua iubebo Tarquinium cum liberis et coniuge in exilium abire, et ipſum eiusque poſteros ab vrbe et ditione Romanorum in perpetuum arceri. Vbi autem meam ſententiam ſuis ſuffragiis ciues confirmarint ratamque fecerint, declarata illis reipublicae forma, quam conſtituere in animo habemus, interregem creabo, qui magiſtratus rempublicam geſturos deſignabit, et ipſe celerum magiſtratum deponam. Interrex vero, qui a me creatus fuerit, centuriatis comitiis nominet magiſtratus, qui imperium ſunt habituri, et populum ad ſuffragia de illis ferenda vocet: quod ſi pluribus centuriis illorum electionem ratam eſſe placuerit, et ſimul fauſta auſpicia ipſis eam confirmarint, iſti tum demum faſcibus et reliquis regiae poteſtatis inſignibus acceptis,

e τούτων ἕκαςον *Vat.* et *Lapi Codd.* atque ita legendum eſſe monuerunt *Sylb.* et *Portus.* nam in vulg. legitur τοῦθ' ἕκαςον.

f Βασιλεύς *Vat.*

g Malim compoſite συναγαγὼν *Sylb.* nam in vulg. eſt ἀγαγὼν ſimplex.

h Perperam in *Ed. Steph.* λοχίτην.

i Ἐνιαύσιον ἡγεμονίαν *Vat.*

k Cum

βασιλικῆς ἐξουσίας σύμβολα, πραττέτωσαν ὅπως ἐλευθέραν οἰκήσομεν τὴν πατρίδα, καὶ μηκέτι κάθοδον [k] ἕξουσιν εἰς αὐτὴν Ταρκύνιοι· πειράσονται γὰρ, εὖ ἴσε, καὶ πειθοῖ καὶ βίᾳ καὶ δόλῳ, καὶ παντὶ ἄλλῳ τρόπῳ παρελθεῖν πάλιν ἐπὶ τὴν δυναστείαν, ἐὰν μὴ φυλαττώμεθα αὐτούς. Ταυτὶ μὲν οὖν ἐστι τὰ μέγιστα καὶ κυριώτατα ὧν ὑμῖν ἐν τῷ παρόντι λέγειν ἔχω καὶ παραινεῖν· τὰ δὲ κατὰ μέρος, πολλὰ ὄντα καὶ οὐ ῥάδια νῦν δι' ἀκριβείας ἐξετασθῆναι· συνήγμεθα γὰρ εἰς ὀξὺν καιρόν· ἐπ' αὐτοῖς οἴομαι δεῖν ποιῆσαι τοῖς παραληψομένοις τὴν ἀρχήν. σκοπεῖσθαι μέντοι φημὶ χρῆναι τοὺς ἄνδρας ἅπαντα μετὰ τοῦ συνεδρίου τῆς βουλῆς, ὥσπερ οἱ βασιλεῖς ἐποίουν, καὶ μηδὲν πράττειν [l] δίχα ἡμῶν, καὶ τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ φέρειν εἰς τὸν δῆμον, ὡς τοῖς προγόνοις [m] ἡμῶν ἔθος ἦν, [n] μηδενὸς ἀφαιρουμένους αὐτὸν, ὧν ἐν τοῖς προτέροις καιροῖς κύριος ἦν. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἀσφαλέστατα καὶ κάλλιστα ἕξει τὰ τῆς ἀρχῆς.»

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

acceptis, dent operam vt liberam patriam incolamus, neue Tarquiniis vnquam in eam reditus pateat. conabuntur enim (hoc pro comperto habeatis) et ſuaſione et vi et dolo et quauis alia ratione imperium recuperare, niſi nobis caueamus ab ipſis. Haec igitur ſunt maxima et praecipua, quae in praeſentia vobis dicere et ſuadere poſſum: res vero ſingulas, quae multae ſunt, et quae non ſine difficultate iam poſſent accurate diſcuti (ad ſummas enim temporis anguſtias ſumus redacti) futuris magiſtratibus relinquendas ac permittendas cenſeo. Illos vero de rebus omnibus conſultare cum ipſo ſenatu oportere dico, vt reges factitarunt, nec quidquam ſine nobis agere, et ſenatus placita ad populum referre, ſicut maiores noſtri ſolebant, nulla in re eius priſtinam auctoritatem ac poteſtatem imminuentes. Hoc enim pacto eorum magiſtratus tutiſſimus et honeſtiſſimus erit.„

Quum

k Cum ſubiunctiuum ἕξωσιν in vſu non ſit, malim indicatiue ἕξουσι, et paullo ante οἰκήσομεν, cuius ſtructurae non rara ſunt exempla, etiam apud hunc noſtrum auctorem *Sylb.*

l Δίχα ὑμῶν *Vat.*

m Ὑμῶν ποιεῖν ἔθος ἦν *Vat.*

n Rectius μηδὲν ἀφαιρουμένοις αὐτόν. *Sylb.* vulgo ἀφαιρούμενοι.

o Ἐξουσίαν

Ταύτην ἀποδειξαμένου τὴν γνώμην Ἰουνίου Βρούτου, πάντες ἐπῄνεσαν, καὶ αὐτίκα περὶ τῶν παραληψομένων τὴν ἡγεμονίαν ἀνδρῶν βουλευόμενοι, μεσοβασιλέα μὲν ἔκριναν ἀποδειχθῆναι Σπόριον Λουκρήτιον, τὸν πατέρα τῆς διαχρησαμένης ἑαυτήν· ὑπ᾽ ἐκείνου δὲ τοὺς ἕξοντας τὴν τῶν βασιλέων ° ἡγεμονίαν ἐξετασθῆναι, Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον, καὶ Λεύκιον Ταρκύνιον Κολλατῖνον. τοὺς δ᾽ ἄρχοντας τούτους ἔταξαν καλεῖσθαι κατὰ τὴν ἑαυτῶν διάλεκτον, p κωνσούλας. τοῦτο μεθερμηνευόμενον εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν τοὔνομα, συμβούλους ἢ προβούλους δύναται δηλοῦν· κωνσίλια γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰς συμβουλὰς καλοῦσιν· ὕπατοι δὲ ὑφ᾽ Ἑλλήνων ἀνὰ χρόνον ὠνομάσθησαν ἐπὶ τοῦ μεγέθους τῆς ἐξουσίας, ὅτι πάντων τ᾽ ἄρχουσι, καὶ τὴν ἀνωτάτω χώραν ἔχουσι. τὸ γὰρ ὑπερέχον καὶ ἄκρον, ὕπατον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. ταῦτα βουλευσάμενοί τε καὶ καταστησάμενοι, καὶ τοὺς θεοὺς εὐχαῖς λιτανεύσαντες συλλαβέσθαι σφίσιν ὁσίων καὶ δικαίων ἔργων ἐφιεμένοις, ἐξῄεσαν εἰς τὴν ἀγοράν. ἠκολούθουν δ᾽ αὐτοῖς οἱ θεράπον- LXXVI

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

Quum igitur Iunius Brutus hanc ſententiam dixiſſet, omnes eam laudarunt; et ſtatim, de futuris magiſtratibus conſultantes, cenſuerunt interregem creandum Sp. Lucretium, patrem mulieris quae ſibi manus attulerat: et ab illo magiſtratus regia poteſtate praeditos, inquiſitione in eorum vitam facta, decernendos, L. Iunium Brutum, et L. Tarquinium Collatinum. Hos magiſtratus patrio ſermone Conſules vocari placuit. hoc nomen, ſi Graece interpreteris, συμβούλους vel προβούλους ſignificare poteſt: Romani enim συμβουλὰς conſilia vocant: at a Graecis temporis progreſſu ὕπατοι vocati ſunt a poteſtatis amplitudine, quod omnibus imperent et ſummum dignitatis gradum obtineant. Priſci enim, quod excellens et ſummum erat, id ὕπατον vocabant. Hoc inito conſilio atque his ita ſtatutis, votiſque nuncupatis deos precati, vt ſe res ſanctas ac iuſtas expetentes adiuuarent, in forum prodierunt. Illos autem ſequebantur famuli, in

o Ἐξουσίαν ὀνομασθῆναι *Vat.*
p Κωνσούλας *Vat.* Atque ita, vel κώνσουλας, legendum eſſe ſuſpicatus eſt *Portus*. vulgo κωνσιλίους.

q Κατὰ

τες ἐπὶ κλίνης μέλασιν ἀμφίοις ἐστρωμένης κομίζοντες ἀθεράπευτόν τε καὶ πεφυρμένην αἵματι τὴν νεκρὰν· ἣν πρὸ τοῦ βουλευτηρίου τεθῆναι κελεύσαντες ὑψηλὴν καὶ περιφανῆ, συνεκάλουν τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν. ὄχλου δὲ συναχθέντος οὐ μόνον τοῦ κατ' ἀγορὰν τότε ὄντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ [q] κατὰ τὴν πόλιν ὅλην· διεξῄεσαν γὰρ οἱ κήρυκες διὰ τῶν στενωπῶν τὸν δῆμον εἰς τὴν ἀγορὰν καλοῦντες· ἀναβὰς ὁ Βροῦτος ἔνθα τοῖς συνάγουσι τὰς ἐκκλησίας δημηγορεῖν ἔθος ἦν, καὶ τοὺς πατρικίους παραστησάμενος, ἔλεξε τοιάδε.

LXXVII. „Ὑπὲρ ἀναγκαίων καὶ καλῶν πραγμάτων τοὺς λόγους μέλλων πρὸς ὑμᾶς ποιεῖσθαι, ἄνδρες πολῖται, περὶ ἐμαυτοῦ πρῶτον ὀλίγα βούλομαι προειπεῖν· ἴσως γάρ τισιν ὑμῶν, μᾶλλον δ' ἀκριβῶς οἶδα ὅτι πολλοῖς τεταράχθαι δόξω τὴν διάνοιαν. ἀνὴρ οὐ φρενήρης, περὶ τῶν μεγίστων ἐπιχειρῶν λέγειν, ᾧ κηδεμόνων, οὐχ ὑγιαίνοντι, δεῖ. ἴστε δὴ τὴν κοινὴν ὑπόληψιν, ἣν περὶ ἐμοῦ πάντες εἴχετε ὡς ἠλιθίου, ψευδῆ γενομένην, καὶ οὐχ ὑπ'

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

in lecto nigris veſtibus conſtrato portantes *Lucretiae* cadauer incultum et ſanguine cruentatum: quod cum ante curiam poni in loco edito et conſpicuo iuſſiſſent, populum ad concionem conuocarunt. Quum autem non ſolum omnis turba, quae tunc erat in foro, ſed etiam reliqua quae erat ſparſa per totam vrbem eo confluxiſſet, (praecones enim per omnia compita populum ad concionem in forum conuocarant) tunc Brutus locum conſcendit, vnde illi qui comitia indicunt concionem ad populum ſolent habere, et patriciis adſtantibus, ita eſt locutus.

„De neceſſariis ac honeſtis rebus verba apud vos facturus, Quirites, de me ipſo pauca primum dicere volo. Fortaſſe enim aliquibus veſtrum, imo potius (quod probe ſcio) plerifque inſanire videbor, qui vir mentis non compos de rebus grauiſſimis dicere aggrediar, cui, vtpote maleſano, curatoribus eſt opus. Sciatis igitur vulgarem illam opinionem, quam omnes de me tanquam de ſtulto habebatis, falſam eſſe; et nullum alium praeter

q Κατὰ τὴν πόλιν *Vat.* vulgatis deeſt articulus.

r Si

ἄλλου τινὸς κατασκευασθεῖσαν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ ἐμοῦ. ὁ δ᾽ ἀναγκάσας με μήθ᾽ ὡς φύσις ἠξίου, μήθ᾽ ὡς ἥρμοττέ μοι ζῆν, ἀλλ᾽ ὡς Ταρκυνίῳ τ᾽ ἦν βουλομένῳ, κἀμοὶ συνοίσειν ἔδοξεν, ὁ περὶ τῆς ψυχῆς φόβος ἦν· πατέρα γάρ μου Ταρκύνιος ἀποκτείνας ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν, ἵνα τὴν οὐσίαν αὐτοῦ [r] κατάσχῃ πολλὴν σφόδρα οὖσαν. καὶ ἀδελφὸν πρεσβύτερον, ὅς ἔμελλε τιμωρήσειν τῷ θανάτῳ τοῦ πατρός, εἰ μὴ γένοιτο [s] ἐκ ποδῶν, ἀφανεῖ θανάτῳ διαχρησάμενος, οὐδ᾽ ἐμοῦ δῆλος ἦν φεισόμενος ἐρήμου τῶν [t] ἀναγκαιοτάτων γεγονότος, εἰ μὴ τὴν ἐπίθετον [u] ἐσκηψάμην μωρίαν. τοῦτό με τὸ πλάσμα, πιστευθὲν ὑπὸ τοῦ τυράννου, μὴ ταῦτα παθεῖν ἐκείνοις ἐῤῥύσατο, καὶ μέχρι τοῦ παρόντος διασέσωκε χρόνου· νῦν δ᾽ αὐτὸ πρῶτον· [x] ἧκε γὰρ ὁ καιρός, ὃν εὐχόμην τε καὶ προσεδεχόμην· πέμπτον ἤδη τοῦτο καὶ εἰκοστὸν ἔτος φυλάξας, ἀποτίθεμαι. καὶ τὰ μὲν περὶ ἐμοῦ τοσαῦτα.»

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

praeter me ipſum eius fuiſſe auctorem. quod autem coëgit me viuere, non prout meum ingenium poſtulabat, neque vt me viuere decebat, ſed prout Tarquinio libebat, et mihi vtile fore videbatur, fuit vitae periculum ac metus: Tarquinius enim caeſo patre meo, ſimulatque regnum eſt adeptus, vt eius fortunas, quae valde amplae erant, poſſideret; et fratre maiore, qui patris caedem erat vlturus, niſi ſublatus de medio fuiſſet, occulta morte ſublato; proculdubio, vt conſtabat, ne mihi quidem pepercisſet, qui omni neceſſariorum auxilio deſtitutus eram, niſi ſimulatam ſtultitiam induiſſem. Haec ſimulatio, credita a tyranno, effecit ne eadem mala, quae illi ſunt perpeſſi, experirer, et ad hoc vſque tempus me ſeruauit. Iam vero tandem eam (venit enim tempus quod optabam et exſpectabam) per annos XXV ſeruatam depono. Atque haec quidem de me ſint dicta.„

Res

r Si κατάσχοι malis optatiue, facile patiar *Sylb.* Sibi adſentientem habet *Cod. Vat.*

s Alibi reperitur aduerbiali forma ἐκποδών.

t Scribo ἀναγκαίων *Steph.*

u Ἐσκεψαμένην male in *Ed. Steph.*

x Ἥκει γὰρ ὁ καιρὸς *Vat.*

y Non

LXXVIII „Τὰ δὲ κοινὰ, ὑπὲρ ὧν ὑμᾶς εἰς ἐκκλησίαν συνεκάλεσα, ταῦτ᾽ ἐστί. Ταρκύνιον, οὔτε κατὰ τοὺς πατρίους ἡμῶν ἐθισμοὺς καὶ νόμους τὴν δυναστείαν κατασχόντα, οὔτ᾽ ἐπειδὴ κατέσχεν ὅπως δή ποτε λαβὼν, καλῶς αὐτῇ καὶ βασιλικῶς χρώμενον, ἀλλ᾽ ὑπερβεβληκότα πάντας ὕβρει τε καὶ παρανομίᾳ τοὺς ὅπου δή ποτε γενομένους τυράννους, ἀφελέσθαι τὴν ἐξουσίαν βεβουλεύμεθα [y] νῦν" συνελθόντες οἱ πατρίκιοι· πάλαι μὲν δέον, [z] νῦν δ᾽ ἐν καιρῷ τοῦτο ποιοῦντες ἐπιτηδείῳ, ὑμᾶς τ᾽, ὦ δημόται, συνεκαλέσαμεν, ἵνα τὴν προαίρεσιν [a] ἀποδειξάμενοι τὴν ἑαυτῶν, συναγωνιστὰς ἀξιώσωμεν ἡμῖν γενέσθαι, πράττοντας ἐλευθερίαν τῇ πατρίδι, ἧς οὔτε πρότερον ἡμῖν ἐξεγένετο μεταλαβεῖν, ἐξ οὗ Ταρκύνιος τὴν ἀρχὴν κατέσχεν, οὔθ᾽ ὕστερον, ἐὰν νῦν μαλακισθῶμεν, ἐξέσται. εἰ μὲν οὖν χρόνον, ὅσον ἐβουλόμην, εἶχον, ἢ πρὸς ἀγνοοῦντας ἔμελλον λέγειν, ἁπάσας διεξῆλθον [b] ἂν τὰς τοῦ τυράννου παρανομίας, ἐφ᾽ αἷς οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

„Res vero publicae, quarum cauſſa ego vos ad concionem conuocaui, hae ſunt. Tarquinium, qui neque iuxta ritus patrios et leges principatum obtinuit, neque, poſtquam eum quomodocunque eſt adeptus, honeſte ac regie ſe in eo geſſerit, ſed iniuriis et iniuſtitia omnes tyrannos, qui vnquam fuerint ſuperarit, de communi ſententia nos patricii imperio priuare decreuimus: quod nunc pridem factum oportebat, ſed iam tempus opportunum nacti hoc ipſum facimus; voſque, Quirites, conuocauimus, vt indicata voluntate noſtra vos rogaremus, vt nos in aſſerenda patriae libertate iuuetis, qua neque nobis ante frui licuit, ex quo Tarquinius regnum occupauit, neque poſtea licebit, ſi nunc molliter *ac ignauiter* nos geſſerimus. Si igitur tantum temporis haberem quantum vellem, et apud rerum ignaros verba facerem, omnia tyranni ſcelera proſequerer, quibus non vnum ſed multa

ſupplicia

y Non agnoſcit *Vat.*

z Ἐν καιρῷ δὲ νῦν αὐτὸ *Vat.*

a Ἀποδεξάμενοι in *Ed. Steph.* Verum *Sylburgio* ἀποδειξάμενοι reponenti conſentiunt *Vat.* et *Lapi Codd.*

b Ita *Sylb.* et *Cod. Vat.* Perperam pro ἂν τὰς legitur αὐτὰς in *Ed. Steph.*

c Deeſt

[c] εἴη" ἅπασι δίκαιος ἀπολωλέναι. ἐπειδὴ δ' ὁ καιρὸς, ὃν τὰ πράγματα δίδωσί μοι, βραχὺς, ἐν ᾧ λέγειν μὲν ὀλίγα δεῖ, πράττειν δὲ πολλὰ, [d] καὶ πρὸς εἰδότας τὸν λόγον ποιοῦμαι, ὀλίγα τὰ μέγιστα καὶ φανερώτατα τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ ἀπολογίας μηδεμιᾶς δεόμενα τυχεῖν, ταῦθ' ὑμᾶς ὑπομνήσω."

„Οὗτός ἐστιν, ἄνδρες πολῖται, Ταρκύνιος ὁ [e] πρὸ τοῦ LXXIX. λαβεῖν τὴν ἀρχὴν, [f] Ἀρροῦνταν, τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, ὅτι πονηρὸς οὐκ ἐβούλετο γενέσθαι, φαρμάκοις διαχρησάμενος, συνεργὸν εἰς τοῦτο τὸ μύσος λαβὼν τὴν ἐκείνου γυναῖκα, τῆς δ' αὐτῷ συνοικούσης ἀδελφὴν, ἣν ἐμοίχευεν ὁ θεοῖς ἐχθρὸς ἔτι [g] καὶ" πάλαι. οὗτος ὁ τὴν γαμετὴν, γυναῖκα σώφρονα [h] καὶ τέκνων κοινωνὸν γεγονυῖαν, ἐν ταῖς αὐταῖς ἡμέραις καὶ διὰ τῶν αὐτῶν φαρμάκων ἀποκτείνας· ὃς οὐδ' ἀφοσιώσασθαι τῶν φαρμακειῶν ἀμφοτέρων τὰς δια-

ſupplicia omnium iudicio commeruit. Verum quia temporis, quod res concedunt, anguſtiae pauca verba et multa facta poſtulant, ac etiam apud vos rerum gnaros verba facio, pauca eius facinora grauiſſima, et praecipue manifeſta, et quae nulla ratione poſſunt excuſari, vobis commemorabo et in memoriam reuocabo.

L. Tarquinius Superbus Romanorum

Iſte, Quirites, eſt ille Tarquinius, qui antequam regnum eſſet adeptus, Aruntem fratrem ſuum, quod improbus eſſe nollet, venenis ſuſtulit, aſſumpta ad ſocietatem huius ſceleris illius vxore, ſuae coniugis ſorore, cum qua ipſe diis inuiſus vel multo ante adulterium commiſerat. Hic eſt ille qui vxorem ſuam, matronam pudicam et communium liberorum parentem, eodem tempore et iiſdem venenis ſuſtulit: * qui ne expiare quidem voluit vtriuſque veneficii piaculum, et ſe purgare de hoc

REX VII.

c Deeſt *Vat.*

d In *Cod. Vat.* καὶ πρὸς εἰδότας οἱ λόγοι, τὰ μέγιστα καὶ φανερώτατα τῶν ἔργων αὐτοῦ, οὐδ' ἀπολογίας οὐδεμιᾶς δυνάμενα τυχεῖν.

e Πρὸ τοῦ παραλαβεῖν *Vat.*

f Ἄρροντα *Vat.*

g Deeſt *Vat.*

h Deeſt fortaſſe alius genitiuus τῆς ἀρχῆς vt ſit τῆς ἀρχῆς καὶ τέκνων κοινωνὸν γεγονυῖαν. *Steph.*

* Qui ne quidem deteſtari diſſimulareque calumnias vtrorumque venenorum, vt non a ſe patratorum, dignatus eſt, miſericordi vtens perſona etc. *Lapus.*

βολὰς, [i] ὡς οὐχ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ γενομένων, ἠξίωσεν, ἐλεεινῷ χρησάμενος σχήματι, καὶ μικρᾷ προσποιήσει πένθους· ἀλλ᾽ εὐθὺς ἅμα τῷ αὐτὰ διαπράξασθαι τὰ θαυμαστὰ ἔργα, [k] πρὶν ἢ μαρανθῆναι τὰς ὑποδεξαμένας τὰ δύστηνα σώματα πυρὰς, φίλους εἱστία, καὶ γάμους ἐπετέλει, καὶ τὴν ἀνδροφόνον νύμφην ἐπὶ τὸν τῆς ἀδελφῆς θάλαμον ἤγετο, τὰς ἀποῤῥήτους πρὸς αὐτὴν [l] ἐμπεδῶν ὁμολογίας· ἀνόσια καὶ ἐξάγιστα, καὶ οὔθ᾽ Ἑλλάδος οὔτε βαρβάρου γῆς οὐδαμόθι γινόμενα, πρῶτος εἰς τὴν Ῥωμαίων πόλιν [m] εἰσάγων, καὶ μόνος. οἷα δ᾽ ἐξειργάσατο, ὦ δημόται, τὰ περιβόητα καὶ δεινὰ [n] περὶ τοὺς κηδεστὰς ἀμ-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

hoc a ſe patrato, ſaltem aliqua lugubri ſpecie et exigua luctus ſimulatione: ſed ſimulatque praeclara haec facinora patrauit, nondum exſtinctis rogis qui miſera illa corpora exceperant, amicos conuiuio excepit, nuptiaſque celebrauit, et ſponſam, quae maritum ſuum interfecerat, in ſororis thalamum duxit, nefarias pactiones cum illa factas confirmans, et exemplum impium ac exſecrandum, et apud nullas aut Graecas aut barbaras nationes receptum, primus et ſolus in rempublicam Romanam inducens. Sed quae ſcelera, Quirites, quam famoſa et quam atrocia in ſoceros

pus. Ac ne exigua quidem luctus ſpecie, habituque ad moerorem compoſito, vtriuſque veneni, velut a ſe non patrati, crimen diluere voluit. *Gelen.*

i Poſt ὡς inſerenda negatiua οὐχ, vel μὴ poſt ἑαυτοῦ: quo modo et *Lapus* vertit, *vt non a ſe patratorum. Sylb.* Ὡς οὐχ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ in *Cod. Vat.*

k Πρὶν ἡμέραν θεῖναι in *Ed. Steph.* Noſtram ſcripturam habuit etiam *Lapi Cod.* vt indicat verſio, *priuſquam pyrae maceratae eſſent.* Monuit et *Canterus* de hac lectione, *Nou. Lect.* l. III. c. 27. *Sylb.* Occurrit etiam in *Cod. Vat.*

l Ἐμπεδῶν in *Ed. Steph.* quod, quia minime huc facit, repoſui ἐμπεδῶν, cum *Lapi* etiam verſio hanc ſcripturam agnoſcat, *arcanas* (potius *nefarias*) *ſeruans firmanſque pactiones.* atque inde infra eſt ἐμπέδωσις ὅρκων. *Sylb.* Hanc emendationem firmat et *Cod. Vat.*

m Εἰσάγων *Vat.* vulg. εἰσαγαγών.

n Περὶ τοὺς κηδεστὰς ἀμφοτέρους ἐπιχειρήματα ἐπὶ ταῖς δυσμαῖς ὄντας ἤδη τοῦ βίου; Σερούϊον μὲν etc. in *Cod. Vat.* Nec aliter legiſſe viſus eſt *Lapus*, dum vertit, *graviaque in vtroſque ſoceros iam in exitu*

φοτέρȣς ἐπιχειρήματα, ἐπὶ ταῖς δυσμαῖς ὄντας ἤδη τȣ̃ βίȣ; Σερούϊον μὲν Τύλλιον τὸν ἐπιεικέστατον τῶν βασιλέων, καὶ πλεῖστα ὑμᾶς εὖ ποιήσαντα, φανερῶς ἀποσφάξας, καὶ ȣ̓́τε κομιδῆς, ȣ̓́τε ταφῆς νομίμȣ τὸ σῶμα ἐάσας τυχεῖν· Ταρκυνίαν δὲ τὴν ἐκείνȣ γυναῖκα, ἣν προσῆκεν αὐτῷ τιμᾶν ὥσπερ μητέρα, πατρὸς ἀδελφὴν ȣ̓̃σαν, καὶ σπουδαίαν περὶ αὐτὸν γενομένην, πρὶν ἢ πενθῆσαι καὶ τὰ νομιζόμενα [o] τῷ κατὰ γῆς ἀνδρὶ ποιῆσαι, τὴν ἀθλίαν ἀγχόνῃ διαχρησάμενος, ὑφ᾽ ὧν ἐσώθη, καὶ παρ᾽ οἷς ἐτράφη, καὶ ȣ̔̀ς διαδέξεσθαι μετὰ τὴν τελευτὴν ἔμελλεν, ὀλίγον ἀναμείνας, ἕως ὁ κατὰ φύσιν αὐτοῖς παραγένηται θάνατος.„

„Ἀλλὰ τί τȣ́τοις ἐπιτιμῶ, τοσαύτας ἔχων αὐτȣ̃ LXXX. παρανομίας κατηγορεῖν, ἔξω τῶν εἰς τοὺς συγγενεῖς καὶ κηδεστὰς γενομένων, τὰς εἰς τὴν πατρίδα καὶ πάντας ἡμᾶς ἐπιτελεσθείσας [p], εἰ δὴ δεῖ καὶ παρανομίας αὐτὰς

ſoceros ſuos patrauit? qui Seruium Tullium, omnium regum iuſtiſſimum et optime de vobis meritum, palam iugulauerit, nec ipſius cadauer funere et legitima ſepultura honeſtari paſſus fuerit: et Tarquiniam eius vxorem, quae ipſi matris inſtar erat colenda, vtpote quae ipſius erat amita et bene de ipſo merita, antequam mariti mortem defleret, eique extrema inferiarum officia praeſtaret, miſeram laqueo enecarit; a quibus ſeruatus, et apud quos educatus fuerat, et quorum heres ac ſucceſſor futurus erat, ſi aliquantulum exſpectaſſet mortis naturalis aduentum.„

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

„Sed quid in his reprehendendis immoror, quum tot eius iniqua facinora proferre ac vituperare poſſim, praeter illa quae in cognatos ac ſoceros commiſit: ea, *inquam*, quae in patriam et nos omnes contra ius et fas patrauit? ſi modo ea ſunt vocanda

facinora

exitu vitae. praeter prima tria vocabula et duo poſtrema, reliqua omnia deſunt vulgatis.

o *Lapi* verſio pro κατὰ γῆς videtur maluiſſe ταφῆς, *conſueta que ad ſepulturam perficere.* Sed ferri vulgata lectio poteſt; nec male *Gelenius* vertit *inſerias*: quippe quae ſepulchro inhumati ſolerent infundi. *Sylb.*

p Παρανομίας omittit *Vat.* atque εἰ δεῖ mutat in εἰ δή. Similiter vel hic vel mox infra vocem παρανομίας expungi debere exiſtimauit *Steph.* vulgatae ſic dant ἐπιτελεσθείσας παρανομίας, εἰ δεῖ καὶ παρ.

καλεῖν, ἀλλ' οὐκ ἀνατροπὰς καὶ [q] ἀφανισμοὺς [r] ἁπάντων τῶν ἐθῶν καὶ τῶν νόμων. αὐτίκα τὴν ἡγεμονίαν, ἵν' ἀπὸ ταύτης ἄρξωμαι, πῶς παρέλαβεν; ἆρά γε ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι βασιλεῖς; [s] πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. ἐκεῖνοι [t] μέν γε ἅπαντες [u] ὑφ' ἡμῶν ἐπὶ τὰς δυναστείας παρήγοντο κατὰ τοὺς [x] πατρίους ἐθισμοὺς καὶ νόμους· πρῶτον μὲν ψηφίσματος ὑπὸ τῆς βουλῆς γραφέντος, ᾗ περὶ πάντων ἀποδέδοται τῶν κοινῶν προβουλεύειν· ἔπειτα μεσοβασιλέων αἱρεθέντων, οἷς ἐπιτρέπει τὸ συνέδριον ἐκ τῶν ἀξίων τῆς ἀρχῆς διαγνῶναι τὸν ἐπιτηδειότατον· μετὰ ταῦτα ψῆφον ἐπενέγκαντος ἐν ἀρχαιρεσίαις τοῦ δήμου, μεθ' ἧς ἅπαντα ἐπικυροῦσθαι βούλεται τὰ μέγιστα ὁ νό-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

facinora iniqua, et non potius piacula abominanda, et euerſiones omnium gentium ac nationum. Et, ne longius abeam, ipſum imperium, vt hinc initium faciam, quomodo eſt adeptus? an, vt ante eum reges alii? minime. multum certe abeſt. Illi enim omnes a nobis ad principatus patrio more et inſtituto promouebantur. Primum quidem ex ſenatusconſulto, cuius primae partes ſunt in omnibus publicis conſiliis: deinde per interreges creatos, quibus ſenatus permittit vt, ex numero eorum qui regno ſunt digni, maxime idoneum eligant: poſtremo ſuffragante in comitiis populo, cuius ſuffragio maxima quaeque rata fieri lex iubet:

q Ἀφανισμοὺς agnoſcit etiam *Lapus*, dum reddit, *euerſiones exterminationeſque.* Ego veram ſcripturam eſſe puto ἀφαγισμοὺς: quam et *Gelenius* ſequutus vertit *piacula et abominationes.* vt ἀφαγισμοὶ hoc loco ſint non *expiationes ipſae*, ſed *ſcelera expianda. Sylb.* Apud quem hoc legerit ignoro. Vulgata lectio eſt ſana, et non temere mutanda. *Port.*

r Ἁπάντων γενομένων καὶ τῶν ἐθνῶν *Vat.* vulg. ἁπάντων τῶν ἐθνῶν καὶ γενῶν.

s Atticae venuſtatis eſt vſus iſte vocis πόθεν. nam ita vſurpant ſaepiſſime *Euripides* aliique ſcriptores Attici. Veteres Grammatici huiuſmodi in locis interpretantur οὐδαμῶς. Saepe autem ſubiungi ſolet πολλοῦ γε καὶ δεῖ, et ita apud *Dionyſium* multis locis *Caſ.*

t Μέν γε *Vat.* vulg. μέντοι.

u Ὑφ' ὑμῶν *Vat.*

x Πατρικίους perperam in *Ed. Steph.* vt et mox ἀπενέγκαντος. *Sylb.*

y Οἰωνῶν

μος· ἐφ᾽ ἅπασι δὲ τούτοις, [y] οἰωνῶν, σφαγίων, καὶ τῶν ἄλλων σημείων καλῶν γενομένων· ὧν χωρὶς ȣ̓θὲν ἂν γένοιτο τῆς ἀνθρωπίνης σπουδῆς καὶ προνοίας ὄφελος. Φέρε δὴ τίς ὑμῶν τι τȣ́των οἶδε γενόμενον, ὅτε τὴν ἀρχὴν Ταρκύνιος ἐλάμβανε; ποῖον προβούλευμα συνεδρίȣ; τίνα μεσοβασιλέων διάγνωσιν; ποίαν δήμȣ ψηφοφορίαν; ποίους οἰωνοὺς αἰσίους; ȣ̓ λέγω ταῦτα πάντα, καίτοι δέον, εἰ γοῦν ἔμελλεν ἕξειν καλῶς, μηδὲν τῶν ἐν ἔθει κατὰ τοὺς νόμους παραλελεῖφθαι· ἀλλ᾽ ἐάν τις ἓν μόνον ἔχῃ τούτων ἐπιδεῖξαι γεγονὸς, [z] ȣ̓κ ἀξιῶ τὰ παραλειφθέντα συκοφαντεῖν. πῶς ȣ̓̃ν παρῆλθεν ἐπὶ τὴν δυναϛείαν; ὅπλοις, καὶ βίᾳ, καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων συνωμοσίαις, ὡς τυράννοις ἔθος, [a] ἀκόντων ἡμῶν καὶ δυσχεραινόντων. Φέρε, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ κατέσχε τὴν δυναϛείαν ὅπως

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

iubet: praeterea auſpiciis, et litationibus, et caeteris coeleſtibus ſignis felicibus; ſine quibus humana ſtudia et conſilia nihil proficiunt. Eia igitur, quis veſtrum aliquid horum obſeruatum ſcit, quando Tarquinius imperium eſt adeptus? quod ſenatusconſultum? quod interregum iudicium? quae populi ſuffragia? quae fauſta auſpicia? Non dico haec omnia *fuiſſe praetermiſſa*, quamvis oportuiſſet (ſi modo recta creatio erat futura) nullos ritus legitimos praetermitti: ſed ſiquis vel vnum tantum horum obſeruatum fuiſſe demonſtrare poſſit; haud aequum cenſeo caetera, quae neglecta fuerant, calumniari. Quanam igitur ratione principatum eſt aſſequutus? armis et vi et ſceleſtorum hominum coniurationibus, (vt tyrannis eſt mos) nobis inuitis et id iniquo animo ferentibus. Sed, age, poſtquam regnum occupauit quomodocun-

y Οἰωνῶν χωρὶς ȣ̓θὲν *Vat.* caeteris quae interiecta ſunt omiſſis.

z Hanc ſcripturam agnoſcit etiam *Lapus*, dum vertit, *haud aequum cenſeo quae relicta ſunt calumniari.* vt ſenſus ſit, ſi vnum Tarquinii factum legitimum proferri poſſit, ſe caetera omnia quae neglecta ſunt intacta ſine reprehenſione praeteriturum. *Gelenius* verterat, *non recuſabo notam calumniae:* quod eſt ȣ̓κ ἀπαξιώσω συκοφάντης ἀκȣ́ειν. *Sylb.*

a Ἀκȣόντων in *Ed. Steph.* Sed ἀκόντων agnoſcunt *Vat.* et *Lapi Codd.* et ὑμῶν legunt pro ἡμῶν, minus recte, ſermo enim adhuc de patriciis, e quorum numero erat Brutus.

ποτὲ λαβὼν, ἆρα βασιλικῶς κέχρηται ταύτῃ, ζηλῶν τοὺς προτέρους ἡγεμόνας, οἳ λέγοντές τε καὶ πράττοντες τοιαῦτα διετέλουν ἐξ ὧν εὐδαιμονεστέραν τε καὶ μείζω τὴν πόλιν τοῖς ἐπιγινομένοις παρέδοσαν, ἧς αὐτοὶ παρέλαβον; καὶ τίς ἂν ὑγιαίνων ταῦτα φράσειεν, ὁρῶν ὡς οἰκτρῶς καὶ κακῶς ἅπαντες ὑπ᾽ αὐτοῦ διατεθείμεθα;»

LXXXI. „Τὰς μὲν οὖν ἡμετέρας τῶν πατρικίων συμφορὰς, ἃς καὶ τῶν πολεμίων ἄν τις μαθὼν δακρύσειε, σιωπῶ, [b] οἵ γε ὀλίγοι μὲν ἐκ πολλῶν λελείμμεθα, ταπεινοὶ δ᾽ ἐκ μεγάλων γεγόναμεν, εἰς πενίαν δὲ καὶ μεγάλην ἀπορίαν ἥκομεν ἐκ πολλῶν [c] καὶ μυρίων ἐκπεσόντες ἀγαθῶν. οἱ λαμπροὶ δ᾽ ἐκεῖνοι καὶ δεινοὶ καὶ μεγάλοι, δι᾽ οὓς ἐπιφανὴς ἡ πόλις ἡμῶν ποτ᾽ ἦν, οἱ μὲν ἀπολώλασιν, οἱ δὲ φεύγουσι τὴν πατρίδα. ἀλλὰ τὰ [d] ὑμέτερα πράγματα, ὦ δημόται, πῶς ἔχει; [e] οὐκ ἀφῄρηται μὲν ὑμῶν τοὺς νόμους; [f] ἀφῄρηται δὲ τὰς ἐφ᾽ ἱερὰ καὶ θυσίας συνόδους, πέπαυκε δὲ τοὺς ἀρχαιρεσιάζοντας, καὶ ψηφοφο-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

modocunque quaeſitum, an in eo ſe regie geſſit, ſequutus ſuperiorum regum exemplum, qui perpetuo et dixerunt et fecerunt ea, quibus hanc rempublicam et fortunatiorem et ampliorem quam ipſi a maioribus accepiſſent, ſuis ſucceſſoribus tradiderunt? Et quis ſana mente praeditus haec diceret, cernens quam miſere et male omnes ab ipſo fuerimus tractati?„

Noſtras quidem ordinis patricii calamitates, quas vel hoſtis defleret ſi audiret, taceo: ſi quidem pauci ex multis ſumus reliqui; et ex alto dignitatis gradu in humilitatem delapſi, et ad paupertatem ac ingentem rerum inopiam, multis atque adeo innumeris ſpoliati bonis, redacti ſumus. At illi clari viri et graues et magnifici, quorum opera haec noſtra ciuitas quondam fuit illuſtris, partim perierunt, partim in exſilium ſunt pulſi. Sed, Quirites, quonam in ſtatu res veſtrae ſunt? Nonne vobis leges eripuit? nonne vobis omni conuentu, quem ſacrorum ac ſacrificiorum cauſſa facere ſolebatis, interdixit? nonne comitia, et ſuffragia,

b Εἴ γε ὀλίγοι *Vat.*

c Καὶ μακαρίων *Vat.*

d Ἡμέτερα male in *Ed. Steph.*

e Οὐκ ἀφῄρηται μὲν ὑμῶν *Vat.* vulgatis deeſt μὲν.

f Deeſt *Vat.* οὐκ in vulgatis ante ἀφῄρηται poſterius iteratum.

g Ἄξια

ροῦντας, καὶ περὶ τῶν κοινῶν ἐκκλησιάζοντας; ἀναγκάζει δ' ὅσα δούλοις ἀργυρωνήτοις αἰσχύνης [g] ἄξια ταλαιπωρεῖν, λατομοῦντας, ὑλοτομοῦντας, [h] ἀχθοφοροῦντας, ἐν ταρτάροις καὶ βαράθροις δαπανωμένους, ἀνάπαυσιν τῶν κακῶν οὐδὲ τὴν ἐλαχίστην λαμβάνοντας. τίς οὖν ὅρος ἔσται τῶν συμφορῶν; καὶ μέχρι τίνος χρόνου ταῦτα πάσχοντες ὑπομενοῦμεν; καὶ πότε τὴν πάτριον ἐλευθερίαν ἀνακτησόμεθα; ὅταν ἀποθάνῃ Ταρκύνιος; νὴ Δία. καὶ τί πλέον ἡμῖν ἔσται τότε; τί δ' οὐ χεῖρον; τρεῖς γὰρ ἐξ ἑνὸς Ταρκυνίους ἕξομεν [i] πολλῷ μιαρωτέρους τοῦ πατρός. ὅπου γὰρ ὁ γενόμενος ἐξ ἰδιώτου τύραννος, καὶ ὀψὲ ἀρξάμενος πονηρὸς εἶναι, [k] πᾶσαν ἀκριβῶς διεξήλασε τὴν τυραννικὴν κακίαν, ποταποὺς χρὴ νομίζειν ἔσεσθαι τοὺς ἐξ ἐκείνου φύντας, οἷς πονηρὸν μὲν γένος, πονηραὶ δὲ τροφαὶ, πολι-

gia, et conciones quae de rebus publicis haberi ſolebant, ſuſtulit? Quin et corporibus veſtris haud ſecus ac mancipiorum empticiorum ad varios eoſque graues labores abutitur, cogens vos lapides et materiam caedere, et humeris onera ferre, et in profundis ac voraginoſis foſſis corpora conſumere, vobis ne minima quidem a malis conceſſa requiete. Quis igitur finis erit *iſtarum* calamitatum? quouſque haec pati ſuſtinebimus? quandonam patriam libertatem recuperabimus? An quum obierit Tarquinius? ita per Iouem. numquid tum nobis erit melius? immo annon deterius? Tres enim Tarquinios ex vno prognatos ipſo patre longe ſceleſtiores habebimus. Quando enim is qui ex homine priuato factus eſt tyrannus, et qui ſero improbitatem exercere coepit, in omnibus tyrannicis vitiis ſeſe accuratiſſime exercuit; qualem oportet exiſtimare eius ſobolem futuram, malo genere natam, et male educatam, cui nunquam vllum

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

g Ἄξια videtur etiam *Lapus* agnouiſſe, dum vertit, *quaecunque ſeruis emptis digna ſunt.* regula tamen poſtulat ἄξιον, ſ. ἐστί. *Sylb.* Quoniam ἄξιος cum genitiuo iungi ſolet, vel δούλων ἀργυρονήτων legendum, vel ἄξια delendum, vel ἄξιόν ἐστι dicendum. *Portus.* Αἰσχύνης ἄξια in *Cod. Vat.* voc. αἰσχύνης deeſt vulgatis, quae δούλους ἀργυρωνήτους dant.

h Ἀχθηφοροῦντας *Vat.*

i Πολλῷ μιαρωτέρους *Vat.* πολλῷ deeſt vulgatis.

k Πᾶσαν ἀκριβοῖ τὴν τυραννικὴν *Vat.*

 l Ὑμῖν

τικὸν δὲ καὶ μέτριον οὐδὲν οὔτ' ἰδεῖν ἐξεγένετο πώποτε πραττόμενον, οὔτε μαθεῖν; ἵνα δὲ μὴ μαντεύησθε τὰς καταράτους αὐτῶν φύσεις, ἀλλ' ἀκριβῶς μάθητε οἵους σκύλακας [l] ἡμῖν ἡ Ταρκυνίου τυραννὶς ὑποτρέφει, θεάσασθε ἔργον ἑνὸς αὐτῶν τοῦ πρεσβυτάτου.»

LXXXII. «Αὕτη Σπορίου μέν ἐστι τοῦ Λουκρητίου θυγάτηρ, ὃν ἀπέδειξε τῆς πόλεως ἔπαρχον [m] ὁ τύραννος ἐξιὼν ἐπὶ τὸν πόλεμον, Ταρκυνίου δὲ Κολλατίνου γυνή, τοῦ συγγενοῦς τῶν τυράννων, καὶ πολλὰ ὑπὲρ αὐτῶν κακοπαθήσαντος. αὕτη μέντοι σωφρονεῖν βουλομένη, καὶ τὸν ἄνδρα τὸν ἑαυτῆς φιλοῦσα, ὥσπερ ἀγαθῇ προσήκει γυναικί, ξενιζομένου παρ' αὐτῇ Σέξτου, διὰ τὴν συγγένειαν, τῇ παρελθούσῃ νυκτί, Κολλατίνου δὲ τότ' ἀποδημοῦντος ἐπὶ στρατοπέδου, τὴν ἀκόλαστον ὕβριν τῆς τυραννίδος οὐκ ἠδυνήθη διαφυγεῖν· ἀλλ' ὥσπερ αἰχμάλωτος ὑπ' ἀνάγκης κρατηθεῖσα ὑπέμεινεν ὅσα μὴ θέμις ἐλευθέρᾳ γυναικὶ παθεῖν. ἐφ' οἷς ἀγανακτοῦσα, καὶ ἄφορητον ἡγουμένη τὴν ὕβριν, ἐπειδὴ πρὸς τὸν πατέρα καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς τὰς κατασχούσας αὐτὴν [n] διεξῆλθε

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

vllum *eius* moderatum aut ciuile factum videre aut audire licuit. Ne autem cognoſcendis eorum exſecrandis ingeniis diuinatione vobis ſit opus, vtque certo ſciatis quales catulos Tarquinii tyrannis in ſuo ſinu nobis alat, facinus vnius eorum, qui maximus eſt natu, quaeſo, videte *et conſiderate.*

Haec eſt filia Spurii Lucretii, quem tyrannus ad bellum proficiſcens vrbis praefectum conſtituit; vxor autem Tarquinii Collatini, tyrannorum cognati, qui eorum cauſſa multa pertulit mala. atque haec quidem, quod pudicitiam vellet tueri, et maritum ſuum amaret, vt bonam decet vxorem, quum Sextus hoſpitio ab ea fuiſſet exceptus cognationis cauſſa, ſuperiore nocte, Collatino tunc abſente et in caſtris verſante, effraenatam ac intemperantem tyrannidis contumeliam effugere non valuit: ſed, vt captiua neceſſitate coacta, tulit quae ingenuam mulierem ferre eſt nefas. Quam contumeliam indigne ferens, nec tolerandam exiſtimans, quum prius patri et cognatis ſua infortunia narraſſet,

l Ὑμῖν *Vat.*
m Ὁ τύραννος *Vat.* articulo carent vulgatae.
n Ἀνάγκας διεξῆλθε *Vat.*

ο Γένοιτο,

τύχας, πολλὰς ποιησαμένη δεήσεις καὶ ἀρὰς, ἵνα τιμωροὶ τοῖς κακοῖς αὐτῆς [o] γένοιντο, τὸ κεκρυμμένον ὑπὸ τοῖς κόλποις ξίφος σπασαμένη, τοῦ πατρὸς ὁρῶντος, ὦ δημόται, διὰ τῶν ἑαυτῆς σπλάγχνων ἔβαψε τὸν σίδηρον. ὦ θαυμαστὴ σὺ καὶ πολλῶν ἐπαίνων ἀξία τῆς εὐγενοῦς προαιρέσεως. [p] οἴχῃ, ἀπόλωλας, οὐχ ὑπομείνασα τὴν τυραννικὴν ὕβριν, ἁπάσας ὑπεριδοῦσα τὰς ἐν τῷ ζῆν ἡδονὰς, ἵνα σοι μηδὲν ἔτι τοιοῦτον συμβῇ παθεῖν. ἔπειτα σὺ μὲν, ὦ Λουκρητία, γυναικείας τυχοῦσα φύσεως, ἀνδρὸς εὐγενοῦς φρόνημα ἔσχες· ἡμεῖς δ' ἄνδρες γενόμενοι γυναικῶν χείρους ἀρετῇ γενησόμεθα; [q] καὶ σοὶ μὲν, ὅτι μίαν ἐτυραννήθης νύκτα τὴν ἀμίαντον ἀφαιρεθεῖσα αἰδῶ μετὰ βίας, ἡδίων καὶ μακαριώτερος ἔδοξεν ὁ θάνατος εἶναι τοῦ βίου· ἡμῖν δ' ἄρα οὐ παραστήσεται τὸ αὐτὸ τοῦτο ὑπολαβεῖν, ὧν Ταρκύνιος οὐ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἤδη τυραννῶν, [r] πάσας τὰς ἐλπίδας ἀφήρηται, ἐλευθερίαν ἀφελόμενος; οὐκ ἔστιν ἡμῖν, ὦ δημόται, βιωτὸν ἐν τοιούτοις [s] καλινδουμένοις κακοῖς, ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν

raſſet, eos multis precata et obteſtata vt ſuas iniurias vlciſcerentur, educto cultro, quem in ſinu abditum habebat, inſpectante patre, Quirites, ferrum per viſcera ſua actum cruentauit. O te admirandam et ob generoſum animum multis laudibus dignam! obiiſti, periiſti, non ferens tyrannicam contumeliam, neglectis omnibus huius vitae voluptatibus, nequid eiuſmodi amplius perpeti poſſes. Et tu, Lucretia, quum mulier eſſes nata, viri generoſi animum habuiſti: nos vero, qui viri ſumus nati, a mulieribus virtute ſuperabimur? Tu quidem, quod, vnius noctis paſſa tyrannidem, impolluta pudicitia per vim ſpoliata fueris, mortem ipſa vita iucundiorem ac beatiorem iudicaſti: nobis vero non veniet in mentem vt idem ſentiamus, quibus Tarquinius ſua tyrannide non per vnum diem, ſed iam per continuos viginti quinque annos, vna cum ipſa libertate omnem etiam ſpem eripuit? Non eſt, Quirites, viuendum nobis, qui in iſtiuſmodi malis verſamur; quum ab illis ſimus

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

o Γένοιτο, καὶ κεκρυμμένον *Vat.*
p Οἴχῃ *Vat.* ὤχηκας vulgo.
q Ita *Sylb.* et *Codd. MſS.* In *Ed. Steph.* καὶ σὺ μὲν et mox καὶ pro τήν.
r Ἀφήρηται τὰς ἐν τῷ ζῆν ἡδονὰς *Vat.*
s Κυλινδουμένοις *Vat.*

οὖσιν ἀπογόνοις, οἳ τὰ δίκαια τάττειν ἠξίουν τοῖς ἄλλοις, καὶ πολλοὺς ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δόξης ἤραντο κινδύνους· ἀλλὰ δυοῖν θάτερον ἅπασιν αἱρετέον, ἢ βίον ἐλεύθερον, ἢ θάνατον ἔνδοξον. ἥκει δὲ καιρὸς οἷον εὐχόμεθα, μεθεστηκότος μὲν ἐκ τῆς πόλεως Ταρκυνίου, ἡγουμένων δὲ τῆς ἐπιχειρήσεως τῶν πατρικίων, [t] οὐδενὸς δ᾽ ἡμῖν ἐλλείψοντος, ἐὰν ἐκ προθυμίας χωρήσωμεν ἐπὶ τὰ ἔργα, οὐ σωμάτων, οὐ χρημάτων, οὐχ ὅπλων, οὐ στρατηγῶν, οὐ τῆς ἄλλης τῆς εἰς τὰ πολεμικὰ παρασκευῆς· μεστὴ γὰρ ἁπάντων ἡ πόλις· [u] αἰσχρόν γε εἴη Οὐολούσκων, καὶ Σαβίνων, καὶ ἄλλων μυρίων ἄρχειν ἀξιοῦντας, αὐτοὺς δουλεύοντας ἑτέροις ὑπομένειν· καὶ περὶ μὲν τῆς Ταρκυνίου πλεονεξίας πολλοὺς ἀναιρεῖσθαι πολέμους, περὶ δὲ τῆς ἑαυτῶν ἐλευθερίας οὐδένα.»

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

ſimus oriundi, qui ſe aliis iura reddere aequum cenſuerunt, quique multa pericula pro imperio et gloria ſubierunt: ſed e duobus alterum omnibus eſt eligendum, vel vita libera, vel mors glorioſa. Venit enim tempus quod optabamus: quod Tarquinius ab vrbe ſit remotus, et patricii in re aggredienda ſint duces, nec vlla res nobis ſit defutura, ſi alacri animo ad rem ipſam peragendam acceſſerimus; non homines, non pecuniae, non arma, non duces, denique nullus alius bellicus apparatus: omnium enim horum vrbs eſt plena: et turpe eſt nos ipſos, qui Volſcorum et Sabinorum ac aliorum infinitorum populorum imperium affectamus, perpeti aliorum ſeruitutem; et pro Tarquinii auaritia multa ſuſcipere bella, at pro noſtra ipſorum libertate nullum ſuſcipere velle.„

Verum,

t Οὐδενὸς δ᾽ ἡμῖν *Vat.* particula deeſt vulgatis.

u *Lapus* videtur legiſſe, αἰσχρόν τε ἡμᾶς Οὐολούσκων μὲν, καὶ Σαβίνων, καὶ ἄλλων μυρίων ἄρχειν ἀξιοῦν, αὐτοὺς δὲ δουλεύοντας ἑτέροις ὑπομένειν. nam vertit, *turpeque eſt nos, Volſcorum, Sabinorumque, et aliorum plurium principatum poſtulantes ſeruire ipſos aliis ſuſtinere.* Plenior et fortaſſe verior eſt haec lectio, αἰσχρόν τε ἡμᾶς Οὐολούσκων μὲν, καὶ Σαβίνων, καὶ ἄλλων μυρίων ἄρχειν ἀξιούντων κεκρατηκότας διατελέσαι, αὐτοὺς δὲ δουλεύοντας ἑτέροις ὑπομένειν. eam ſane in verſione ſequi libuit; *et turpe eſt nos, cum Volſcos ac Sabinos, alioſque multos imperium affectantes, perpetuo*

„Τίσιν οὖν ἀφορμαῖς εἰς τὰ πράγματα χρησόμεθα, LXXXIII καὶ ποίαις συμμαχίαις; τοῦτο γὰρ λοιπὸν εἰπεῖν. πρῶτον μὲν ταῖς παρὰ τῶν θεῶν ἐλπίσιν, ὧν ἱερὰ καὶ τεμένη καὶ βωμοὺς μιαίνει Ταρκύνιος ταῖς αἱμοφύρτοις χερσὶ καὶ παντὸς ἐμφυλίου γεμούσαις ἄγους, θυσιῶν καὶ σπονδῶν καταρχόμενος· ἔπειτα ταῖς ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, οὔτ᾽ ὀλίγων ὄντων, οὔτ᾽ ἀπείρων πολέμου· πρὸς δὲ τούτοις, ταῖς παρὰ τῶν συμμάχων ἐπικουρίαις, οἳ μὴ καλούντων μὲν ἡμῶν, [x] οὐδὲν ἀξιώσουσι πολυπραγμονεῖν· ἐὰν δ᾽ ἀρετῆς ὁρῶσι μεταποιουμένους, ἄσμενοι συναροῦνται τοῦ πολέμου. τυραννὶς γὰρ πᾶσιν ἐχθρὰ τοῖς βουλομένοις ἐλευθέροις εἶναι. εἰ δέ τινες ὑμῶν τοὺς [y] ἐπὶ στρατοπέδου συνόντας ἅμα Ταρκυνίῳ πολίτας δεδοίκασιν, ὡς ἐκείνῳ μὲν συναγωνιουμένους, [z] ἡμῖν δὲ πολεμήσοντας, οὐκ ὀρθῶς δεδοίκασι. βαρεῖα γὰρ κἀκείνοις ἡ τυραννὶς, καὶ ἔμφυτος πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ τῆς ἐλευθερίας πόθος, καὶ πᾶσα μεταβολῆς πρό-

„Verum, quibus adminiculis, et quibus ſocietatibus in ipſa re aggredienda vtemur? Reſtat enim vt hoc dicamus. * Primum quidem freti auxilio deorum, quorum ſacra et templa et aras Tarquinius polluit manibus cruentis et omni piaculo in ſuos ciues commiſſo conſceleratis, dum ſacrificia et libationes auſpicatur: deinde noſtra ipſorum ope, qui neque pauci neque rerum bellicarum imperiti ſumus: praeterea ſociorum auxiliis, qui a nobis non vocati res nouas aggredi non auderent; ſed, ſi viderint nos nobis virtutem vendicare, lubenter ad huius belli ſocietatem venient. Tyrannis enim omnibus libertatis ſtudioſis eſt inuiſa. Quod ſi qui veſtrum timent ciues, qui in caſtris vna cum Tarquinio ſunt, quaſi ſint illum adiuturi, et nobis bellum illaturi, haud recte *et cum ratione* timent. Nam et illis moleſta eſt tyrannis; et in omnibus mortalibus libertatis deſiderium eſt innatum; et iis qui inuiti et coacti miſerias perferunt, quaeuis vel leuiſſima

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

tuo vicerimus, *ipſos* nunc *aliis ſeruire. Sylb.* vulgatae ſic exhibent αἰσχρόν τε εἰ Οὐολούσκων — ἀξιούντων· αὐτοὺς δὲ δουλ.

* Primum quidem ſpe de diis optima etc. deinde noſtra ſpe de nobis etc. *Lapus.*

x Οὐδὲν ἀξιώσουσι in Codd. *Ven.* et *Vat.* vulg. οὐκ ἀξιοῦσι.

y Ἐπὶ στρατοπέδῳ *Vat.*

z Ὑμῖν *Vat.*

a Ψηφι-

φάσις τοῖς δι' ἀνάγκην ταλαιπωροῦσιν ἱκανή· οὓς, εἰ [a] ψηφίσησθε τῇ πατρίδι βοηθεῖν, οὐ φόβος ὁ καθέξων ἔσται παρὰ τοῖς τυράννοις, οὐ χάρις, οὐχ ἕτερόν τι [b] τῶν βιαζομένων ἢ πειθόντων ἀνθρώπους τὰ μὴ δίκαια πράττειν. εἰ δέ τισιν αὐτῶν ἄρα διὰ κακὴν φύσιν ἢ πονηρὰς τροφὰς τὸ φιλοτύραννον ἐμπέφυκεν, οὐ πολλοῖς οὖσι μὰ Δία, μεγάλαις καὶ τούτους ἀνάγκαις ζεύξομεν, ὥστ' ἐκ πονηρῶν γενέσθαι χρηστούς. ὅμηρα γὰρ αὐτῶν ἔχομεν ἐν τῇ πόλει τέκνα, καὶ γυναῖκας, καὶ γονεῖς· ἃ τιμιώτερα τῆς ἰδίας ἐστὶν ἑκάστῳ ψυχῆς. ταῦτά τ' οὖν αὐτοῖς ἀποδώσειν, ἐὰν ἀποστῶσι τῶν τυράννων, ὑπισχνούμενοι, καὶ ἄδειαν ὧν ἥμαρτον ψηφιζόμενοι, ῥᾳδίως πείσομεν. ὥστε θαῤῥοῦντες, ὦ δημόται, καὶ ἀγαθὰς ἔχοντες ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐλπίδας, χωρεῖτε πρὸς τὸν ἀγῶνα, κάλλιστον ὧν πώποτε ἤρασθε πόλεμον τόνδε ὑποστησόμενοι. ὑμεῖς μὲν οὖν, ὦ θεοὶ πατρῷοι, φύλακες ἀγαθοὶ τῆσδε τῆς γῆς,

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

leuiſſima occaſio ad res nouandas idonea videtur: quos ſi veſtro decreto ad opem patriae ferendam vocaritis; non metu, non gratia, neque vlla alia re, quae homines ad iniuſtitiam vel cogendo vel ſuadendo impellit, apud tyrannos retineri poterunt. Quod ſi qui eorum fortaſſe, vel ob peruerſitatem naturae vel ob malam educationem, tyrannidis amorem ac ſtudium inſitum habent; certe, quum non ſint multi, * illos quoque vel inuitos ex improbis probos fieri cogemus. Obſides enim habemus in vrbe eorum liberos, et coniuges, et parentes: quae vnicuique vita ſua cariora ſunt. Si igitur polliceamur nos haec illis reddituros, ſi a tyrannis defecerint; et ſi decreto illis delictorum impunitatem promittamus, facile rem ipſis perſuadebimus. Quare, Quirites, confidenti animo, ac bene de rebus futuris ſperantes, ad certamen hoc prodite, bellum ſuſcepturi, omnium quae vnquam geſſeritis praeclariſſimum. Vobis igitur, dii patrii, huius regionis boni praeſides, et

a ψηφίσεσθε *Vat.* quod rectius eſſe iudicauit *Sylb.*

b τῶν βιαζομένων *Vat.* vulgo τῶν βιαζόντων.

* Hoc quoque magnis adducemus neceſſitatibus, vt ex improbis probi fiant. *Lapus.* Eos quoque iniecta dura neceſſitate cogemus etc. *Gelen.*

c Γνώμαις

καὶ δαίμονες, οἳ τοὺς πατέρας ἡμῶν λελόγχατε, καὶ πόλις θεοφιλεστάτη πόλεων, ἐν ᾗ γενεσεώς τε καὶ τροφῆς ἐτύχομεν, ἀμυνοῦμεν ὑμῖν καὶ [c] γνώμῃ, καὶ λόγοις, καὶ χερσὶ, καὶ ψυχαῖς, καὶ πάσχειν ἕτοιμοι πᾶν ὅ τι ἂν ὁ δαίμων καὶ τὸ χρεὼν φέρῃ. μαντεύομαι δὲ καλοῖς ἐγχειρήμασιν εὐτυχὲς ἀκολουθήσειν τέλος. εἴη δὲ τούτοις ἅπασι τὸ αὐτὸ λαβοῦσι θάρσος, καὶ μιᾷ γνώμῃ χρησαμένοις, σώζειν θ' [d] ἡμᾶς, καὶ σώζεσθαι ὑφ' ἡμῶν."

Τοιαῦτα [e] τοῦ Βρούτου δημηγοροῦντος, ἀναβοήσεις LXXXIV
τε συνεχεῖς ἐφ' ἑκάστῳ τῶν λεγομένων ἐκ τοῦ πλήθους ἐγένοντο, διασημαίνουσαι τὸ βουλόμενόν τε καὶ ἐπικελευόμενον. τοῖς δὲ πλείοσιν αὐτῶν καὶ δάκρυα ὑφ' ἡδονῆς ἔῤῥει, θαυμαστῶν καὶ ἀπροσδοκήτων ἀκούουσι λόγων· πάθη τε ποικίλα τὴν ἑκάστου ψυχὴν κατελάμβανεν οὐδὲν ἀλλήλοις ἐοικότα· λύπαις τε γὰρ καὶ ἡδοναῖς ἐκέκραντο· αἷς μὲν, ἐπὶ τοῖς προγεγονόσι δεινοῖς· αἷς δ', ἐπὶ τοῖς

et vobis, genii, quibus maiorum noſtrorum tutela obtigit; tibique, ciuitas, ciuitatum diis cariſſima, in qua nati et educati ſumus; vobis, *inquam*, opem feremus et conſiliis, et dictis, et factis, et manibus, et animabus, et quidquid deus et fatum tulerit perpeti ſumus parati. Auguror autem bene coepta felicem aſſequutura eſſe exitum. Obtingat his omnibus, vt, ſumpto eodem animo eademque mente induta, et nos ſeruent et viciſſim a vobis ſeruentur."

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

Bruto hoc modo concionanti totus populus frequenter acclamabat ad ſingula quae dicebat; et quaenam eſſet ſua voluntas, et quid iuberet aperte ſignificans. Quinetiam pleriſque eorum lacrymae *ex oculis* prae voluptate fluebant, quod orationem admirandam et praeter omnium ſuam exſpectationem audirent: et varii affectus animum cuiuſque occupabant, penitus inter ſe diſſimiles: etenim cum triſtitia et laetitia mixti erant. atque alii quidem a recordatione praeteritorum malorum, alii vero ab

exſpe-

c Γνώμαις *Vat.*

d Rectius eſſe videtur ὑμᾶς, vt non modo in ſeq. membro, ſed etiam paullo ante (v. 11.) ἀμυνοῦμεν ὑμῖν. quae lectio ſi placeat, in verſione quoque mutata perſona leges, *et vos ſeruent et a vobis ſeruentur. Sylb.*

e τοῦ Βρούτου *Vat.* articulus a vulgatis abeſt.

f Rectius

προσδοκωμένοις ἀγαθοῖς· καὶ θυμοὶ [f] συνεξέπιπτον φόβοις, οἱ μὲν ἐπὶ τῷ κακῶς [g] δράσοντι τὰ μισούμενα, τῆς ἀσφαλείας ὑπερορᾷν ἐπαίροντες· οἱ δὲ [h] κατὰ λογισμὸν τοῦ μὴ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν καθαίρεσιν τῆς τυραννίδος, ὄκνον ταῖς ἐπιβολαῖς ἐπιφέροντες. ἐπεὶ δ' ἐπαύσατο λέγων, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες τὴν αὐτὴν φωνὴν ἀνέκραγον, ἄγειν σφᾶς ἐπὶ τὰ ὅπλα. καὶ ὁ Βροῦτος ἡσθεὶς, „Ἐάν γε πρότερον, ἔφη, τὰ δόξαντα τῷ συνεδρίῳ μαθόντες, ἐπικυρώσητε [i] τὸ ταχθέν. δέδοκται γὰρ ἡμῖν φεύγειν Ταρκυνίους πόλιν τε τὴν Ῥωμαίων, καὶ χώραν, ὅσης ἄρχουσι Ῥωμαῖοι, καὶ γένος τὸ ἐξ αὐτῶν ἅπαν· καὶ μηδενὶ ἐξεῖναι [k] περὶ καθόδου Ταρκυνίων μήτε πράτ-

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

exſpectatione futurorum bonorum manabant: et ira cum metu * confligebat; illa quidem, ob facinora odioſa nefarie *a Tarquiniis* perpetrata ad ſalutem negligendam homines impellebat: hic vero cum difficultatis reputatione coniunctus, quaſi tyrannis non facile euerti poſſet, inſidiarum impetum retardabat. Poſtquam vero dicendi finem fecit, omnes velut vno ore exclamarunt, vt arma ſibi traderet. Et Brutus laetus, „Ita, inquit *ea vobis tradam*, ſi, prius cognito ſenatuſconſulto, veſtris ſuffragiis id ratum feceritis. Nobis enim placet Tarquinios Roma et totius Romani imperii finibus cum omni ſua progenie exſulare, nec cuiquam pro eorum reditu quidquam vel facere vel dicere licere:

f Rectius forſan συνεισέπιπτον. *Sylb.*

* *Lapus* vertit *collidebant.* Eſt autem obſcurior hic locus, et ſententia ſic magis ad verbum poteſt exprimi, *in animos auditorum inſinuabant ſe vna cum metu quidam irarum impetus:* (ſic enim θυμοὺς hic accipiendum puto, a θύω, quod eſt *impetu feror*) *atque hi quidem animos attollebant aduerſus odioſa improbitatis facinora, ſpreta ſecuritate* (i. e. *ſine vllo periculorum metu*) *illi vero* (ſcil. *metus*) *conſideratione difficultatis, quae eſſet in euertenda tyrannide, inſidiarum* (ſeu *aggrediendae expulſionis*) *feruorem retardabant. Sylb.*

g Δράσαι *Vat.* vulgatae δράσαντι.

h Thucydidis exemplo ita loquitur, κατὰ λογισμὸν μὴ εἶναι. *Steph.* In *Cod. Vat.* κατὰ λογισμὸν τοῦ μὴ ῥαδίαν εἶναι. vulgatae articulo carent.

i Τὸ δοχθὲν *Vat.*

k Περὶ καθόδου Ταρκυνίων *Vat.* in vulgatis eſt ἐξεῖναι καθόλου περὶ Ταρκυν.

l Καὶ

τειν μηδὲν, μήτε λέγειν· ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιῶν εὑρίσκηται, τεθνάναι. ταύτην εἰ βουλομένοις ὑμῖν ἐστι τὴν γνώμην εἶναι κυρίαν, διαστάντες κατὰ φράτρας ψῆφον ἐπενέγκατε. [l] τοῦτο γὰρ ὑμῖν πρῶτον ἀρξάτω τὸ δίκαιον τῆς ἐλευθερίας.„ Ἐγίνετο ταῦτα· καὶ ἐπειδὴ πᾶσαι τὴν φυγὴν τῶν τυράννων αἱ φράτραι κατεψηφίσαντο, παρελθὼν πάλιν ὁ Βροῦτος λέγει· „Ἐπειδὴ τὰ πρῶτα [m] ἡμῖν κεκύρωται κατὰ τὸ δέον, ἀκούσατε καὶ τὰ λοιπὰ ὅσα βεβουλεύμεθα περὶ τῆς πολιτείας. ἡμῖν σκοπουμένοις τίς ἀρχὴ γενήσεται τῶν κοινῶν κυρία, βασιλείαν μὲν οὐκέτι καταστήσασθαι δοκεῖ, ἄρχοντας δὲ δύο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀποδεικνύναι βασιλικὴν ἐξουσίαν [n] ἔχοντας, οὓς ἂν ὑμεῖς ἐν ἀρχαιρεσίαις ἀποδείξητε, ψῆφον ἐπιφέροντες κατὰ λόχους. εἰ δὴ καὶ ταῦτα [o] βουλομένοις ἐστὶν ὑμῖν, ψηφίσατε.„ Ἐπῄνει καὶ ταύτην τὴν γνώμην ὁ δῆμος, καὶ ψῆφος οὐδεμία ἐγένετο ἐναντία. μετὰ τοῦτο παρελθὼν ὁ Βροῦτος ἀποδείκνυσι [p] μεσοβασιλέα, τὸν ἐπιμελησόμενον

licere: et, ſi quem aduerſus haec facere conſtiterit, eum capite plecti. Si igitur hanc ſententiam ratam eſſe vultis, in curias diviſi ferte ſuffragia. Sit enim hoc ius primum veſtrae libertatis *recuperatae* initium.„ Factum eſt ita: et, poſtquam omnes curiae tyrannos in exſilium pelli ſuis ſuffragiis iuſſerunt, progreſſus denuo Brutus dicit; „Quando quod erat primum id ratum fecimus vt oportuit: iam reliqua, quae de reipublicae forma decreuimus, accipite. Conſiderantibus nobis cui magiſtratui ſumma totius reipublicae *adminiſtratio* eſſet committenda, regium imperium non amplius conſtituere placuit: ſed duobus viris annuum magiſtratum cum poteſtate regia committere, quoſcunque centuriatis comitiis ſuffragiis veſtris elegeritis. quod ſi haec quoque vultis, ferte ſuffragia. Populus hanc quoque ſententiam laudauit, nec vllius ſuffragium ei eſt aduerſatum. Poſtea Brutus, in medium progreſſus, Spurium Lucretium creauit interregem,

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

l Καὶ τοῦθ' ὑμῖν πρῶτον ἀρξάτω τὸ δικαίωμα *Vat.*
m Ὑμῖν in *Lapi Cod.*
n Ἕξοντας *Vat.*
o Βουλομένοις ἐστὶν ὑμῖν, ψηφίσατε *Vat.* vulgatis deeſt pronomen.
p Βασιλέα in *Ed. Steph.* Malui ego cum vtroque interprete μεσο-

τῶν ἀρχαιρεσιῶν κατὰ τοὺς πατρίους νόμους, Σπόριον Λουκρήτιον. κἀκεῖνος ἀπολύσας τὴν ἐκκλησίαν, ἐκέλευσεν ἅπαντας ἥκειν εἰς τὸ πεδίον, ἔνθα σύνηθες ἦν αὐτοῖς ἀρχαιρεσιάζειν, ἔχοντας τὰ ὅπλα ἐν τάχει. ἀφικομένων δ' αὐτῶν, ἄνδρας αἱρεῖται δύο τοὺς πράξοντας ὅσα τοῖς βασιλεῦσιν ἐξῆν, Βροῦτόν τε καὶ Κολλατῖνον· καὶ ὁ δῆμος καλούμενος κατὰ λόχους ἐπεκύρωσε τοῖς ἀνδράσι τὴν ἀρχήν. καὶ τὰ μὲν κατὰ πόλιν [q] ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πραχθέντα τοιαῦτα ἦν.

LXXXV. Βασιλεὺς δὲ Ταρκύνιος ὡς ἤκουσε παρὰ [r] τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀγγέλων οἷς ἐξεγένετο πρώτοις, πρὶν ἢ κλεισθῆναι τὰς πύλας, διαδρᾶναι, τοσοῦτον μόνον [s] ἀπαγγελλόντων, ὅτι Βροῦτος κατέχει τὴν ἐκκλησίαν δημαγωγῶν, καὶ τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν παρακαλῶν, οὐδενὶ τῶν ἄλλων φράσας ἠπείγετο, τοὺς υἱοὺς ἀναλαβὼν καὶ τῶν ἑταίρων τοὺς πιστοτάτους, [t] ἐλαύνων τοὺς ἵππους ἀπὸ

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

gem, qui patrio more comitiorum curam gereret. Ille vero, dimiſſa concione, omnes in campum, vbi comitia haberi ſolebant, cum armis celeriter venire iuſſit. Qui quum eo veniſſent, duos viros, Brutum et Collatinum, cum regia poteſtate elegit: et populus centuriatim vocatus magiſtratum illorum ratum fecit. Atque haec ſunt quae tunc in vrbe geſta ſunt.

At rex Tarquinius, quum ex nunciis ex vrbe profectis, qui forte antequam portae clauderentur effugerant, hoc ſolum audiſſet, a Bruto concionem populari oratione detineri, et ciues ad libertatem vocari, nulli alii hac re indicata, filiis tantum et fideliſſimis quibuſque amicis ſecum adductis, magna contentione laxatis habenis

μεσοβασιλέα: praeſertim cum infra (p. 266. v. 22.) iurent ſe βασιλέα τῆς Ῥωμαίων πόλεως μηκέτι καταστήσειν μηδένα: et ἡ ἐπιμέλεια τῶν ἀρχαιρεσιῶν non penes regem, ſed penes interregem fuerit. *Sylb.* Μεσοβασιλέα etiam in *Cod. Vat.*

q Εἰ τῷ τότε χρόνῳ *Vat.*

r Τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως *Vat.* praepoſitio abeſt a vulgatis.

s Rectius ἀπαγγελλόντων, praeſ. temp. *Sylb.* nam vulgatae in hoc voc. vnum λ exhibent.

t Ἐλαύνων τοὺς ἵππους ἀπὸ ῥυτῆρος] Ἀπὸ ῥυτῆρος, id eſt, ἀφειμένων τῶν χαλινῶν, vt lib. VI. vel *effuſiſſimis habenis*, vt loquitur *Liuius*.

ῥυτῆρος, ὡς φθάσων τὴν ἀπόστασιν. εὑρὼν δὲ κεκλεισμένας τὰς πύλας, καὶ μεστὰς ὅπλων τὰς ἐπάλξεις, ᾤχετο πάλιν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ὡς εἶχε τάχους, οἰμώζων καὶ δεινοπαθῶν. ἔτυχε δὲ κἀκεῖ τὰ πράγματα ἤδη διεφθαρμένα. οἱ γὰρ ὕπατοι, ταχεῖαν αὐτοῦ τὴν παρουσίαν ἐπὶ τὴν πόλιν προορώμενοι, πέμπουσι γράμματα καθ' ἑτέρας ὁδοὺς πρὸς τοὺς ἐπὶ στρατοπέδου, παρακαλοῦντες αὐτοὺς ἀποστῆναι τοῦ τυράννου, καὶ τὰ δόξαντα τοῖς ἐν ἄστει ποιοῦντες φανερά. ταῦτα τὰ γράμματα λαβόντες οἱ καταλειφθέντες [u] ὑπὸ τοῦ τυράννου εἰς τὸ στρατόπεδον, Τίτος Ἑρμήνιος καὶ Μάρκος Ὁράτιος, ἀνέγνωσαν ἐν ἐκκλησίᾳ· καὶ γνώμας διερωτήσαντες κατὰ λόχους ὅ τι χρὴ ποιεῖν,

habenis equitabat, vt defectionem anteverteret. Sed quum portas clauſſas offendiſſet, et armis plena propugnacula, quanta maxima potuit celeritate caſtra repetebat, gemens, et de miſeriis ſuis conquerens. Sed illic quoque res iam perditae erant. Conſules enim, quum celerem aduentum eius ad vrbem praeſenſiſſent, diuerſis itineribus literas in caſtra miſerunt, quibus eos ad defectionem faciendam a tyranno adhortabantur, et de decreto ciuium certiores faciebant. Has literas cum accepiſſent, qui a tyranno in caſtris relicti erant, T. Herminius et M. Horatius, *eas* in concione recitarunt; perquiſitaque per ſingulas centurias

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

Tarquinii vrbe ſimul et caſtris excluduntur.

Liuius. cui loquendi generi ſimile eſt in re nautica apud *Liuium* eundem *Sublatis dolonibus effuſe fugere.* Quod *Cicero* dixit *Paſſis velis* aut *Velis remiſque.* Sic autem *Dionyſius* ſaepiſſime loquitur *Diodorus* ſemel lib. XIX, ἤλαυνεν ἀπὸ ῥυτῆρος. Sic accipiendum apud *Sophoclem* in Oedipo Coloneo, — πάντ' ἀναγκάσει λεὼν Ἄνιππον ἱππότην τε θυμάτων ἄπο Σπεύδειν ἀπαὶ ῥυτῆρος. qui tamen locus mirum eſt quas cruces fixerit veteribus eius poëtae interpretibus. *Caſaub.*

u Ὑπὸ τοῦ βασιλέως ὑπάρχοι Τίτος Ἑρμίνιος etc. in *Cod. Vat.* Ἑρμίνιος interdum agnoſcit *Lapus*, eandemque ſcripturam habent etiam *Plutarchi* editiones. Sed Latinae linguae ratio poſtulat Ἑρμήνιος. *Herminium* etiam vocat *Liuius*, et ipſe *Dionyſius* noſter infra lib. XI. *Sylb.* Latini *Herminium* vocant: ſed *Dionyſius*, vt Latinae vocis ſonum ſeruaret et melius exprimeret, η vocali longa eſt vſus; cum alioqui η non in ι, ſed in ε longum apud Latinos plerumque verti ſciamus. *Portus.* Vide *Weſtenii* orationem de Linguae Graecae pronunciatione p. 142.

ἐπειδὴ πᾶσιν ἐφάνη κύρια ἡγεῖσθαι τὰ κριθέντα ὑπὸ τῆς πόλεως, οὐκέτι προσδέχονται παραγενηθέντα τὸν Ταρκύνιον. ἀπωσθεὶς δὲ καὶ ταύτης ὁ βασιλεὺς τῆς ἐλπίδος, φεύγει σὺν ὀλίγοις εἰς Γαβίων πόλιν, ἧς βασιλέα τὸν πρεσβύτερον [x] υἱὸν ἀπέδειξε Σέξτον, ὡς καὶ πρότερον ἔφην· ἡλικίαν μὲν ἤδη πολιὸς, ἔτη δὲ πέντε καὶ εἴκοσι τὴν βασιλείαν κατασχών. οἱ δὲ περὶ τὸν [y] Ἑρμήνιόν τε καὶ Ὀράτιον ἀνοχὰς [z] τοῦ πολέμου καταστησάμενοι πρὸς τοὺς Ἀρδεάτας πεντεκαιδεκαετεῖς, ἀπήγαγον [a] ἐπ' οἴκου τὰς δυνάμεις. ἡ μὲν δὴ βασιλικὴ πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν τῆς Ῥώμης, ἐτῶν τεττάρων καὶ τετταράκοντα καὶ διακοσίων ἀριθμὸν, ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις, καὶ ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν.

L. Tarquinius Superbus Romanorum REX VII.

centurias ſententia quid factu opus eſſet, poſtquam omnibus placuit ciuium decreta rata eſſe, Tarquinium venientem amplius non admiſerunt. Rex vero hac quoque ſpe fruſtratus, cum paucis confugit Gabios, cuius vrbis (vt ante dixi) Sextum filium maximum natu regem crearat: ipſe iam ob ſenium canus, et per annos viginti quinque regno potitus. Caeterum Herminius et Horatius, induciis cum Ardeatibus in annos quindecim factis, copias domum reduxerunt. Regius igitur dominatus, quum ab vrbe condita ducentos et quadraginta quatuor annos duraſſet, et ſub rege vltimo in tyrannidem fuiſſet conuerſus, ob haſce cauſſas et ab iſtis viris ſublatus fuit.

x Ἀπέδειξε τῶν υἱῶν *Vat.*

y Ἑρμίνιόν τε *Vat.*

z Ὑπὸ tollenda videtur, vel mutanda in ἀπὸ *Sylb.* Non agnoſcit *Vat.* ὑπὸ quod in vulgatis h. l. pone ἀνοχὰς legitur.

a Alibi ἐπ' οἴκου, dicit forma dicendi vſitatiore. *Sylb.* Ita quidem in *Cod. Vat.* vulgatae dant ἐπ' οἶκον.

ΔΙΟΝΥ-

[a] ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

DIONYSII ALEXANDRI F. HALICARNASSENSIS ROMANARVM ANTIQVITATVM

LIBER QVINTVS.

Η μὲν δὴ βασιλικὴ Ῥωμαίων πολιτεία διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν τῆς Ῥώμης, ἐτῶν τεττάρων καὶ τετταράκοντα καὶ διακοσίων ἀριθμὸν, ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν, ὀλυμπιάδος μὲν ὀγδόης καὶ ἑξηκοστῆς ἐνεστώσης, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης· Ἀθήνησι δὲ τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν [b] ἔχοντος I.

Regium igitur apud Romanos imperium, quum a Romae conditu annos ducentos quadraginta quatuor duraſſet, et ſub vltimo rege in tyrannidem verſum eſſet, ob has cauſſas ab iſtis viris ſublatum fuit, initio ſexageſimae octauae olympiadis, qua in ſtadio vicit Iſchomachus Crotoniates, Athenis magiſtratum annuum

Per. Jul. 4207. *Ante Chr.* 507. *Olymp.* 68 $\frac{1}{2}$. *Cat.* 245. *V.C. Var.* 247.

Per. Iul. 4216. *Ante Chr.* 498. *Olymp.* 70 2/3. *Cat.* V.C. 254. *Var.* 256.

ſi ita populo placuiſſet.„ Quum autem totus populus, qui eo confluxerat, ratum feciſſet ſenatuſconſultum; conſules, iuſſis primum ſecedere e foro qui ad concionem conuenerant, deinde vocatis lictoribus, qui gladios habebant, imperarunt vt omnes coniuratos interficerent. qui omnes eiuſdem criminis ſocios, in eo ipſo loco, in quo fuerant concluſi, circumſtantes contrucidarunt. His autem interfectis, conſules nullum amplius indicium admiſerunt aduerſus quemquam eius coniurationis ſocium, ſed omnes, qui praeſentem poenam effugiſſent, eo crimine abſoluerunt, vt omnis tumultus materia penitus ex vrbe tolleretur. Qui igitur coniurationem fecerant, hoc modo perierunt. Senatus autem quum cenſuiſſet

y Et ταῦτα retineri poteſt et ταὐτὰ pro eodem reponi. *Sylb.*

z Μετανασῆσαι κελεύσαντες in *Ed. Steph.* Μετανασῆναι κελεύσαντες veriorem eſſe lectionem docet etiam *Lapi* verſio, *demigrare iubentes e foro* etc. *Sylb.* Μεταστῆναι κελεύσαντες ἐπὶ *Vat.*

a Ἔπειτ' ἐκάλεσαν *Vat.*

b Illa ἐκέλευσαν τοὺς συνωμότας ἅπαντας κτείνειν deſunt in *Cod. Vat.*

c Ταῖς αἰτίαις *Vat.* quo modo legendum eſſe coniecerant *Sylb. Steph.* et *Port.* vulgo legitur τῆς αἰτίας.

d ταὐτὰ malim *Sylb.* Τὰ αὐτὰ *Vat.* vulgo ταῦτα.

e Non abſurde tranſpoſito articulo legeris, ἅπαν ἐξαιρεθῇ τῆς πόλεως τὸ ταραχῶδες. *Sylb.* Ἅπαν ἐξαιρεθῇ τὸ ταραχῶδες ἐκ τῆς πόλεως *Vat.* vulgo ἐξαιρεθῇ τὸ τῆς πόλεως ταραχῶδες.

f Scribo

ψηφισαμένη τοὺς πολίτας ἅπαντας, [f] ὅτι πολιτικοῦ φόνου γνώμας ἠναγκάσθησαν ἀποδείξασθαι· ὡς οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς ἐφ' ἱερὰ παρεῖναι καὶ [g] θυσιῶν κατάρχεσθαι, πρὶν ἀφοσιώσασθαι τὸ μίασμα, καὶ τὴν συμφορὰν λῦσαι τοῖς εἰωθόσι καθαρμοῖς· ἐπειδὴ πᾶν ὅσον ἦν ὅσιον [h] ὑπὸ τῶν ἐξηγουμένων τὰ θεῖα κατὰ τὸν ἐπιχώριον νόμον ἐπράχθη, θυσίας μὲν μετὰ τοῦτο χαριστηρίους καὶ ἀγῶνας ἔκρινεν ἐπιτελεσθῆναι, καὶ τρεῖς ἡμέρας ἔθηκεν εἰς ταῦτα ἱεράς. Μανίου δὲ Τυλλίου, θατέρου τῶν ὑπάτων, ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ ἐπωνύμοις τῆς πόλεως ἀγῶσι, κατὰ τὴν πομπὴν, ἐκ τοῦ ἱεροῦ πεσόντος ἅρματος [i] κατ' αὐτὸν τὸν ἱππόδρομον, καὶ τρίτῃ μετὰ τὴν πομπὴν ταύτην ἡμέρᾳ τελευτήσαντος, τὸν λειπόμενον χρόνον, βραχὺν ὄντα, τὴν ἀρχὴν μόνος ὁ Σουλπίκιος κατέσχεν.

Ὕπατοι δ' εἰς τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν ἀπεδείχθησαν Πόπλιος [k] Οὐετούριος, καὶ [l] Πόπλιος Αἰβούτιος Ἐλαάλ- LVIII.

cenſuiſſet omnes ciues luſtrandos eſſe, quod ciuilis caedis auctores fieri coacti fuiſſent, (ita vt nefas illis eſſet ſacris intereſſe, et ſacra auſpicari, antequam id piaculum fuiſſet expiatum, et calamitas illa ſolennibus luſtrationibus fuiſſet luſtrata) poſtquam quicquid pium ſanctumque erat peractum eſt more patrio ab iis, qui rem diuinam procurabant, tum demum ſacrificia, vt diis *ob rempublicam ſeruatam* gratias agerent, et ludos fieri ſuo decreto iuſſit, ad quae celebranda tres dies ſacros ſtatuit. Quum autem alter conſul Manius Tullius in ſacris ludis *Romanis*, ab ipſa vrbe denominatis, dum pompa deduceretur, de ſacro curru decidiſſet in ipſo circo, et tertio die poſt illam pompam obiiſſet, per reliquum ſpatium temporis, quod erat breue, ipſe Sulpicius magiſtratum ſolus geſſit.

Per. Iul. 4216. *Ante Chr.* 498. *Olymp.* 70 $\frac{2}{3}$. *Cat. V.C.* 254. *Var.* 256. *Luſtratio publica.*

Sequenti autem anno conſules creati fuerunt Publius Veturius, et

P. Veturio et T. Aebutio coſſ. Fidenae obſeſſae, Signa defenſa.

f Scribo περὶ πολιτικοῦ φόνου *Steph.*

g Θυσιῶν μετέχειν legiſſe videtur *Gelen.* Forſan θυσιῶν καθάπτεσθαι. nam *Lapus* vertit *ſacrificia attingere. Port.*

h Rectius ὑπὸ τῶν. *Sylb.* atque ita in *Vat.* et *Lapi Codd.* vulgo ἐπὶ.

i Κατὰ τὸν *Vat.*

k Οὐετούριος Γεμῖνος *Vat.* et *Lapi Codd.*

l Τῖτος Αἰβούτιος Ἔλβας *Glarean. Sigon.* et *Sylb.* ex *Dionyſio* ipſo p. 342.

βας. τούτων ὁ μὲν Αἰβούτιος ἐπὶ τῶν πολιτικῶν ἐτάχθη πραγμάτων, φυλακῆς οὐ μικρᾶς δεῖσθαι δοκούντων, μή τις [m] ἑτέρως νεωτερισθῇ πρᾶξις ἐκ τῶν πενήτων. [n] Οὐετούριος δὲ τὴν ἡμίσειαν τῆς στρατιᾶς ἐπαγόμενος, τὴν Φιδηναίων γῆν ἐδῄου μηδενὸς κωλύοντος· καὶ [o] προσκαθεζόμενος τῇ πόλει, προσβολὰς ἐποιεῖτο συνεχεῖς. οὐ δυνάμενος δὲ πολιορκίᾳ τὸ τεῖχος ἑλεῖν, ἀπεχαράκου τὰ πέριξ καὶ ἀπετάφρευεν, ὡς λιμῷ τοὺς ἀνθρώπους παραστησόμενος. ἤδη δὲ κάμνουσι τοῖς Φιδηναίοις ἧκεν ἐπικουρία Λατίνων, ἣν ἀπέστειλε Σέξτος Ταρκύνιος, καὶ [p] σῖτος, καὶ ὅπλα, καὶ τἆλλα τὰ εἰς πόλεμον ἐπιτήδεια. οἷς πιστεύσαντες, [q] ἐθάρρησε προελθεῖν ἐκ τῆς πόλεως δύναμις οὐ μικρὰ, ποιοῦσα στρατόπεδον ἐν ὑπαίθρῳ. ὁ μὲν δὴ περιτειχισμὸς οὐκέτι τοῖς Ῥωμαίοις χρήσιμος ἦν, ἐδόκει δ' ἀγῶνος δεῖν· καὶ γίνεται πλησίον τῆς πόλεως μάχη μέ-

Per. Iul. 4217. *Ante Chr.* 497. *Olymp.* 70¾. *Cat. V. C.* 255. *Var.* 257.

et Titus Aebutius Eluas. Horum alteri, Aebutio *inquam*, res vrbanae commiſſae, quia non parua cuſtodia opus ipſis eſſe videbatur, nequis alius nouus tumultus a pauperibus exoriretur. Veturius vero cum dimidia exercitus parte, agrum Fidenatum vaſtavit nullo prohibente, et obſeſſam vrbem continuis tentabat oppugnationibus. Sed quum non poſſet eam obſidione expugnare, vallo foſſaque eam cinxit, vt oppidanos fame ad deditionem compelleret. Fidenatibus vero iam laborantibus Latinorum auxilia venerunt, quae miſit Sextus Tarquinius, vna cum frumento et armis et caeteris rebus ad bellum neceſſariis. quibus rebus freti auſi ſunt cum non paruis copiis ex vrbe egredi et caſtra ſub dio ponere. Illa circumuallatio itaque Romanis nihil amplius prodeerat, ſed res proelio indigere videbatur; pugnatum eſt prope vrbem aliquam-

p. 342. iuxta *Ed. Sylb.* Πόπλιος Αἰβούτιος Ἐλαέλβας in *Cod. Vat.*

m Forſan ἑτέρου, vt ad πρᾶξις referatur. *Port.* Ἑτέρως eſt *ſecus*. atque vt *ſecus* apud Latinos interdum accipitur pro κακῶς, ita hic ἑτέρως. ſic ἄλλο et ἄλλως pro κακὸν et κακῶς. *Caſ.*

n Οὐαλέριος perperam in *Ed. Steph.*

o Προσκαθεζόμενος *Vat.* quod et placuit *Sylburgio*. vulgo legitur προκαθ.

p Σῖτος *Vat.* vulg. legitur σῖτον.

q Ἐθάῤῥησαν *Vat.*

r Ἀγχώ-

χρι τινὸς [r] ἀγχώμαλος· ἔπειτα ὑπὸ τοῦ ταλαιπώρου τῶν Ῥωμαίων, ὃ διὰ τὴν πολλὴν ἄσκησιν αὐτοῖς περιῆν, ἐκβιασθέντες οἱ Φιδηναῖοι, πλείους ὄντες ὑπ' ἐλαττόνων εἰς φυγὴν κατέστησαν. φόνος δ' οὐ πολὺς αὐτῶν ἐγένετο, [s] τῆς ὑποχωρήσεως οὐ διὰ μακροῦ γινομένης, καὶ τῶν ἐπὶ τοῖς τείχεσι τοὺς [t] διώκοντας ἀποκρουομένων. μετὰ τοῦτο τὸ ἔργον, οἱ μὲν ἐπίκουροι διασκεδασθέντες ἀπῄεσαν, οὐδὲν τοὺς ἔνδον ὠφελήσαντες· ἡ δὲ πόλις ἐν ταῖς αὐταῖς πάλιν ἐγεγόνει συμφοραῖς, καὶ τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἐπόνει. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, Σέξτος Ταρκύνιος ἄγων στρατιὰν Λατίνων ἐπὶ Σίγνειαν κατεχομένην ὑπὸ Ῥωμαίων ἐστράτευσεν, ὡς ἐξ ἐφόδου τὸ φρούριον [u] παραληψόμενος. γενναίως δὲ τῶν ἔνδον [x] ἀπομαχησαμένων, παρ-

aliquamdiu aequo marte: tandem vero Romanorum duritia et *Per. Iul.*
laborum tolerantia, quae ob diuturnam exercitationem in illis 4217.
inerat, Fidenates, quamuis numero longe eſſent ſuperiores, ta- *Ante*
men a paucioribus loco pulſi, fugae ſe dederunt caedes tamen *Chr.* 497.
non ingens facta, tum ob propinquum refugium, tum etiam *Olymp.*
quia qui in muris erant ipſos hoſtes inſequentes repellebant. 70 $\frac{3}{4}$.
Poſtea ſociorum copiae diſperſae in diuerſas partes abierunt, *Cat.*
nec vlla in re oppidanos iuuerunt: ipſa vero ciuitas iterum ad *V.C.* 255.
easdem anguſtias redacta eſt, et rerum omnium ad victum ne- *Var.*
ceſſariarum inopia laborabat. Eodem tempore Sextus Tarqui- 257.
nius cum copiis Latinorum profectus eſt ad Signiam, quae a Romanis detinebatur, ſperans ſe primo impetu id caſtellum occupaturum. Sed Romanis qui in eo erant ſtrenue pugnantibus, multum

r Ἀγχώμαλος *Vat.* quod rectius eſſe exiſtimarunt *Sylb.* et *Port.* vulgo legitur αἰχμόμαλος.

s Τῆς ὑποχωρήσεως εἰς τὴν πόλιν *Vat.*

t Διώξαντας ἀποκρουσαμένων *Vat.*

u Mallet fortaſſe aliquis καταληψόμενος. ſed παραληψόμενος habet in ſe maiorem facilitatis ſignificationem. *Sylb.*

x Plenius in *Cod. Vat.* ἀπομαχησομένων, παρεσκεύαστο μὲν ὡς λιμῷ τοὺς ἀνθρώπους τὸ χωρίον ἐκλιπεῖν ἀναγκάσων, καὶ πολὺν etc. nec aliter *Lapus*, dum vertit, *ſtrenue vero repugnantibus qui in vrbe erant, parabatur vt ad cogendos fame homines vt oppidum relinquerent, multumque ibi temporis* etc. vulgatae dant μαχησαμένων, (in verbo ſimplici) πολὺν. caeteris omnibus interiectis deficientibus.

εσκεύαστο μὲν ὡς λιμῷ τοὺς ἀνθρώπους τὸ χωρίον ἐκλιπεῖν ἀναγκάσων, καὶ πολὺν αὐτόθι χρόνον οὐδὲν ἀξιόλογον πράττων διετέλει, ἀποτυχὼν δὲ καὶ ταύτης τῆς ἐλπίδος, ἀφικομένης [y] τοῖς Φρουροῖς ἀγορᾶς τε καὶ βοηθείας ἀπὸ τῶν ὑπάτων, λύσας τὴν πολιορκίαν ἀπῆγε τὰς δυνάμεις.

LIX. Τῷ δ᾽ ἑξῆς ἐνιαυτῷ Ῥωμαῖοι [z] καθιστᾶσιν ὑπάτους Τῖτον Λάρκιον [a] Φλάβον καὶ Κοΐντον Κλοίλιον Σικελόν. τούτων ὁ μὲν Κλοίλιος τὰ πολιτικὰ πράττειν ἐτάχθη ὑπὸ τῆς βουλῆς, τὴν ἡμίσειαν τῆς στρατιᾶς ἔχων, Φυλακῆς ἕνεκα τῶν νεωτεριζόντων, ἐπιεικὴς τὴν Φύσιν εἶναι δοκῶν καὶ δημοτικός. ὁ δὲ Λάρκιος ἐπὶ τὸν κατὰ Φιδηναίων πόλεμον ἐξηρτυμένην στρατιὰν ἄγων, [b] καὶ τὰ εἰς πολιορκίαν ἐπιτήδεια παρασκευασάμενος, ᾤχετο. πονουμένοις τε τῷ μήκει τοῦ πολέμου [c] τοῖς Φιδηναίοις", καὶ πάντων σπανίζουσι τῶν ἀναγκαίων, χαλεπὸς ἦν, ὑπορύττων τε τοὺς θε-

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4. 71 1. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258. *T. Largio et Q. Cloelio coſſ. Fidenae deditae.*

multum temporis ibi triuit, nulla re geſta memoratu digna: et hac quoque ſpe fruſtratus, miſſo a conſulibus praeſidio, commeatu etiam et auxilio, ſoluta obſidione copias ſuas abduxit.

Sequenti anno Romae creati conſules Titus Largius Flauus et Quintus Cloelius Siculus. Cloelio rerum vrbanarum cura et adminiſtratio a ſenatu commiſſa, vt cum dimidia exercitus parte caueret, nequid turbarum ab hominibus res nouas molientibus excitaretur; quia vir mitis ingenii et popularis videbatur. At Largius ad bellum contra Fidenates inſtructum duxit exercitum, rebuſque neceſſariis ad obſidionem paratis abiit. Fidenates autem, belli diuturnitate fatigatos et inopia rerum omnium ad victum neceſſariarum laborantes, infeſtabat grauiter, ipſa murorum

y Τοῖς φρουροῖς ἀγ. *Vat.* vulgo legitur τῆς φρουρᾶς. pro quo facile ſit etiam τῇ φρουρᾷ ſubſtituere.

z Καθιστᾶσιν *Vat.* vulgo καθιστῶσιν, quaſi a verbo καθιστᾶν quod vtique reperitur, minus tamen vſitatum eſt.

a Φλάβιον in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.* poſito nomine pro cognomine, vt ſupra nomina pro praenominibus ſubſtituta ſemel atque iterum notauit *Sylb.*

b Καὶ τὰ εἰς πολ. *Vat.* vulgatis deeſt articulus.

c Deſunt *Vat.* et *Lapi Codd.*

d Ἀφιστά-

μελίους τῶν τειχῶν, καὶ χώματα ἐγείρων, καὶ μηχανὰς προσφέρων, καὶ οὔθ' ἡμέρας οὔτε νυκτὸς τῆς πολιορκίας [d] ἀφιστάμενος, ὀλίγου τε χρόνου κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν πόλιν ὑπολαμβάνων. οὐδὲ γὰρ αἱ Λατίνων πόλεις, αἷς οἱ Φιδηναῖοι [e] μόναις πιστεύοντες ἀνείχοντο τὸν πόλεμον, ἱκαναὶ σώζειν αὐτοὺς [f] ἔτι τότ' ἦσαν. οὐδεμία γὰρ πόλις ἀξιόχρεως ἦν ἀπαλλάξαι τῆς πολιορκίας αὐτούς· κοινὴ δ' ἐξ ὅλου τοῦ ἔθνους οὔπω συνειστήκει δύναμις, ἀλλὰ πολλάκις αὐτοῖς πρεσβευομένοις τὰς αὐτὰς [g] ἐδίδουν οἱ προεστηκότες τῶν πόλεων ἀποκρίσεις, ὡς ἀφιξομένης σφίσιν ἐπικουρίας ἐν τάχει· ἔργον δ' οὐδὲν ἐγίνετο ταῖς ὑποσχέσεσιν ἕτοιμον, ἀλλὰ μέχρι λόγων αἱ περὶ τῆς συμμαχίας ἐλπίδες ἐχώρουν. οὐ μὴν παντάπασί γε τὰ παρὰ τῶν Λατίνων ἀπεγνώκεσαν οἱ Φιδηναῖοι, ἀλλὰ διεκαρτέρουν ἐπὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἐλπίσι [h] πάντα τὰ δεινὰ ὑπομένοντες. ἦν δ' ὑπὲρ πάντα ὁ λιμὸς ἄμαχον πρᾶγμα, [i] καὶ πολλὴν οὗτος

rorum fundamenta cuniculis ſubruens, et aggeres excitans, et machinas bellicas ad muros admouens, neque interdiu neque noctu oppugnationem intermittens, breuique vrbem ſe expugnaturum exiſtimans. neque enim Latinorum populi, quibus aegre Fidenates fidem habentes bellum illud tolerabant, tunc poterant eos ſeruare. Nullus enim populus per ſe poterat eos obſidione liberare. Nondum autem communes totius gentis copiae coactae erant: ſed, ſaepe illis legatos mittentibus, principes earum ciuitatum eadem reſponſa dabant, auxilia ipſis breui ventura. Res autem ipſis promiſſis nullo modo reſpondebant: ſed verbis tantum auxilii ſpes fouebatur. Non tamen penitus de Latinorum auxiliis Fidenates deſperarunt; ſed, illa ſpe ſeſe fouentes, acerba quaeuis mala obſtinato animo perferebant. Erat autem fames ante omnia res inſuperabilis, multoſque mortales conficie-

Per. Iul. 4218.
Ante Chr. 496.
Olymp. 71 4.
Cat. V.C. 256.
Var. 258.

d Ἀφιστάμενος *Vat.* et *Lapi Codd.* quod maluerunt *Sylb.* et *Port.* vulgo legitur ἀφησάμενος.

e Μόναις *Vat.* et *Lapi Codd.* Μάλιστα legit *Gelenius.* vulgo μόλις.

f Ἔτι ἦσαν *Vat.* ἔτι a vulgatis abeſt.

g Ἐδίδοσαν *Vat.*

h Πάντα τὰ δεινὰ *Vat.* vulgatis articulus deeſt.

i Καὶ πολὺν οὗτος ἐποίησεν ἀνθρώπων φθόρον *Vat.*

ἐποίησεν ἀνθρώπων φθοράν. ὡς δ' ἀπειρήκεσαν ἤδη τοῖς κακοῖς, [k] πρεσβεύονται ὡς τὸν ὕπατον, ἀνοχὰς αἰτοῦντες εἰς τεταγμένον τινὰ ἡμερῶν ἀριθμὸν, ὡς ἐν τούτῳ βουλευσόμενοι τῷ χρόνῳ περὶ τῆς πρὸς Ῥωμαίους φιλίας, ἐφ' οἷς αὐτὴν ποιήσονται δικαίοις. ἦν δ' οὐ βουλῆς χάριν αἰτούμενος [l] παρ' αὐτῶν ὁ χρόνος, ἀλλὰ παρασκευῆς τῶν συμμάχων, ὡς ἐδήλωσαν τῶν αὐτομόλων τινὲς ἔναγχος ἀφιγμένοι. τῇ γὰρ ἔμπροσθεν νυκτὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν, καὶ πλεῖστον ἐν ταῖς Λατίνων πόλεσι δυναμένους, ἀπεστάλκεσαν πρέσβεις πρὸς τὸ κοινὸν ἱκετηρίας φέροντας.

LX. Ταῦτα δὴ προεγνωκὼς ὁ Λάρκιος, τοῖς μὲν αἰτοῦσι τὰς ἀνοχὰς ἐκέλευσε τὰ ὅπλα ἀποθεμένοις, καὶ τὰς πύλας ἀνοίξασι, τότε διαλέγεσθαι πρὸς αὐτόν· ἄλλως δ' οὔτε διαλλαγὰς, οὔτ' ἀνοχὰς, οὔτ' ἄλλο φιλάνθρωπον ἢ μέτριον οὐδὲν αὐτοῖς ὑπάρξειν ἔφη παρὰ τῆς Ῥωμαίων πόλεως. τοὺς δ' ἀποσταλέντας ἐπὶ τὸ Λατίνων ἔθνος πρεσβευτὰς ἐφύλαττε μηκέτι παρελθεῖν ἐντὸς τείχους, ἁπάσας τὰς εἰς τὴν πόλιν ἀγούσας ὁδοὺς φρουραῖς [m] ἐπιμελε-

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70. 4. 71. 1. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258.

conficiebat. Sed calamitatibus iam fracti legatos ad conſulem miſerunt, inducias ad certum dierum numerum petentes, vt interea deliberarent de pace cum Romanis facienda, et de conditionibus quibus ea fieret. Sed reuera tempus poſtulabant, non deliberandi, ſed auxilii comparandi cauſſa, vt ex transfugis quibusdam compertum eſt, qui nouiſſime venerant. Superiore enim nocte nobiliſſimos ciues, et qui plurimum apud Latinorm populos poterant, legatos ad eorum remp. ſupplicum more ornatos miſerant.

His igitur rebus cognitis, Lartius legatis inducias petentibus imperauit, vt armis depoſitis et apertis *vrbis ſuae* portis, tunc demum ſecum agerent; alioqui neque pacem, neque inducias, neque aliud quidpiam humanum moderatumue a populo Romano illos impetraturos dixit. Ne autem legati ad Latinam gentem miſſi in vrbem redirent, cauit, omnibus itineribus, quae ad oppidum ducebant, cuſtodia accurate in-

terclu-

k Πρεσβευτὰς ἀπέστειλαν *Vat.*

l Ὑπ' αὐτῶν *Vat.*

m Pro ἐπιμελεστέροις reponendum vel ἐπιμελεστέραις vel ἐπιμελεστέρως.

στέραις διαλαβών· ὥστ' ἠναγκάσθησαν οἱ πολιορκούμενοι, τὰς συμμαχικὰς ἀπογνόντες ἐλπίδας, ἐπὶ τὰς τῶν πολεμίων δεήσεις καταφυγεῖν. καὶ συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἔκριναν [n] ὑπομεῖναι τὰς διαλλαγὰς, ἐφ' οἷς ὁ κρατῶν ἠξίου. οὕτω δ' ἄρα πολιτικὰ ἦν τὰ τῶν τότε ἡγεμόνων ἤθη, καὶ πλεῖστον ἀπέχοντα τυραννικῆς αὐθαδείας. ἣν σπάνιοί τινες τῶν καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνων ἴσχυσαν, ἐξουσίας ἐπαρθέντες μεγέθει, διαφυγεῖν· ὥστε παραλαβὼν τὴν πόλιν ὁ ὕπατος, οὐθὲν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἔπραξεν, ἀλλ' ἀποθέσθαι τοὺς ἀνθρώπους κελεύσας τὰ ὅπλα, καὶ φρουρὰν ἐπὶ τὴν ἄκραν καταλιπὼν, αὐτὸς ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἀπῄει, καὶ συναγαγὼν τὸ συνέδριον, ἀπέδωκεν αὐτοῖς σκοπεῖν, πῶς, ἢ τίνα χρηστέον τοῖς παραδοῦσιν ἑαυτοὺς τρόπον. ἐφ' οἷς ἀγασθέντες τῆς πρὸς αὐτοὺς τιμῆς τὸν ἄνδρα οἱ σύνεδροι, τοὺς μὲν ἐπιφανεστάτους Φιδηναίων, καὶ τῆς ἀποστάσεως ἄρξαντας, [o] ἐδικαίωσαν οὓς ἂν ὁ ὕπα-

tercluſis: quare qui obſidebantur coacti ſunt, deſperatis auxiliis *Per. Iul.*
externis, ad preces confugere et veniam ab hoſtibus petere. 4218.
Itaque, conuocata concione, decreuerunt, conditiones pacis, *Ante Chr.* 496.
quaſcunque victor dediſſet, aequo animo accipere. Adeo au- *Olymp.*
tem mores ducum illius ſeculi ciuiles *ac modeſti* erant, et ab 70 4.
omni tyrannica arrogantia alieni, (quam pauci admodum no- 71 1. *Cat.*
ſtrae aetatis duces poteſtatis magnitudine elati effugere potue- *V.C.* 256.
runt) vt conſul, oppido per deditionem recepto, nihil de ſua *Var.*
ſententia fecerit; ſed, iuſſis ciuibus arma deponere, et praeſi- 258.
dio in arce relicto, ipſe Romam venerit, et coacto ſenatu ei permiſerit vt conſultaret, qua ratione quoue modo illi qui ſe dediderant tractandi eſſent. * Patres, laeti ob tantum honorem ſibi a conſule delatum, aequum eſſe cenſuerunt, vt nobiliſſimi quique Fidenates, et defectionis auctores, quos conſul nomi-

λεστέρως. *Sylb.* Ἐπιμελεστέραις in *Cod. Vat.*

n Ὑπομένειν *Vat.*

* Quibus rebus extollentes hominem patres honoris habiti ſibi gratia. *Lapus.*

o Legendum puto ἀπεφήναντο οὓς ἂν ὁ ὕπατος ἐδικαίωσεν. i. e. *pronunciarunt nobiliſſimos Fidenatum, qui defectionis auctores fuerant, quoſcunque conſul poena dignos indicaſſet, virgis caedendos* etc. *Port.*

τος [p] ἀπεφήνατο, ῥάβδοις μαστιγωθέντας ἀποκοπῆναι τὰς κεφαλάς· περὶ δὲ τῶν ἄλλων [q] ἐπ' ἐκείνῳ τὴν ἐξουσίαν ἐποίησαν, ἅπαντα ὅσα πράττειν προῃρεῖτο. γενόμενος δὲ ὁ Λάρκιος ἁπάντων κύριος, ὀλίγους μέν τινας τῶν Φιδηναίων κατηγορηθέντας ὑπὸ τῶν τὰ ἐναντία φρονούντων, ἐν τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς ἀπέκτεινε, καὶ τὰς οὐσίας αὐτῶν ἐδήμευσε· τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἀπέδωκε τήν τε πόλιν ἔχειν καὶ τὰ χρήματα· γῆν τ' αὐτῶν [r] ἀπετάμετο τὴν ἡμίσειαν, ἣν ἐκληρούχησαν οἱ καταλειφθέντες ἐν τῇ πόλει Ῥωμαῖοι φρουροὶ τῆς ἄκρας. ταῦτα διαπραξάμενος, ἀπῆγεν ἐπ' οἴκου τὴν στρατιάν.

LXI. Ὡς δ' ἀπηγγέλθη τοῖς Λατίνοις ἡ τῆς Φιδήνης ἅλωσις, ὀρθὴ καὶ περίφοβος πᾶσα πόλις ἦν, καὶ τοῖς προεστηκόσι τῶν κοινῶν ἅπαντες ἐχαλέπαινον, ὡς προδεδωκόσι τοὺς συμμάχους. συναχθείσης δ' ἀγορᾶς ἐν Φερεντίνῳ, πολλὴν ἐποιοῦντο τῶν [s] ἀποσπευδόντων τὸν πόλεμον

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70. 4. / 71. 1. *Cat.* V.C. 256. *Var.* 258.

nominaſſet, virgis caeſi capite plecterentur: de caeteris vero rebus ei poteſtatem fecerunt, vt quicquid voluiſſet ſuo arbitratu faceret. Lartius vero, totius negotii arbiter factus, paucos quosdam Fidenates, ab aduerſa factione accuſatos, inſpectantibus omnibus interfecit, eorumque bona publicauit: caeteris vero permiſit vt patria ſua ſuisque bonis fruerentur; dimidiamque agri partem illis ademit, quam diuiſit Romanis militibus in vrbe relictis ad arcis praeſidium. His rebus geſtis copias domum reduxit.

Quum autem nunciatum fuiſſet Latinis Fidenas captas eſſe, omnes populi * erecti et terroris pleni erant, et reip. principibus vt ſociorum proditoribus infenſi omnes erant. Coacto autem ad Ferentinum concilio, ii qui arma capienda cenſebant multis

p Ἀποφήνῃ *Vat.*

q ἐπ' ἐκείνων] Mallem ἐπ' ἐκείνῳ, vel ſaltem ἐπ' ἐκείνου. ibidemque verbum πράττειν aptiorem locum habet vel in principio huius commatis, vel in fine, ἅπαντα ὅσα ἂν προαιροῖτο πράττειν. *Sylb.* Ἐπ' ἐκείνῳ in *Cod. Vat.*

r Ἀπετέμετο *Vat.*

* *Sc.* exſpectatione, vt *Liuius* loquitur. *Polybio* etiam lib III. ὀρθὴ καὶ περίφοβος ἦν ἡ πόλις, *ſuſpenſa periculi metu.*

s Nota hic ἀποσπεύδειν pro *diſſua-*

κατηγορίαν οἱ τὰ ὅπλα [t] πείθοντες ἀναλαβεῖν· μάλιστα δὲ Ταρκύνιος καὶ ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ Μαμίλιος, καὶ οἱ προεστηκότες τῆς Ἀρικηνῶν πόλεως. ὑφ᾽ ὧν [u] ἐκδημαγωγηθέντες ὅσοι τοῦ Λατίνων μετεῖχον γένους, κοινῇ τὸν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ἀναιροῦνται πόλεμον· καὶ ἵνα πόλις [x] μηδεμία μήτε προδῷ τὸ κοινὸν, μήτε προκαταλύσηται τὴν ἔχθραν ἄνευ τῆς ἁπάντων γνώμης, ὅρκους ἔδοσαν ἀλλήλοις, καὶ τοὺς μὴ φυλάσσοντας τὰς ὁμολογίας, ἐκσπόνδους εἶναι καὶ καταράτους ἐψηφίσαντο, καὶ πολεμίους ἁπάντων. οἱ δ᾽ ἐγγραψάμενοι ταῖς συνθήκαις [y] ταῦτα ″ πρόβουλοι, καὶ τοὺς ὅρκους ὀμόσαντες, ἀπὸ τούτων τῶν πόλεων ἦσαν ἄνδρες, Ἀρδεατῶν, Ἀρικηνῶν, [z] Βοϊαλανῶν, [a] Βουβεντανῶν, [b] Κόρνων, [c] Κορυεντανῶν, [d] Γαβίων, [e] Λα-

multis inuecti ſunt in belli diſſuaſores: praecipue vero Tarquinius, et gener eius Mamilius, et Aricinorum principes. quorum popularibus concionibus moti quotquot Latini nominis erant, bellum communi omnium conſenſu aduerſus Romanos ſuſceperunt: et, ne quis populus reip. ſocietatem proderet, neue ſine communi omnium conſenſu pacem priuatim ante alios faceret, ſe mutuo iureiurando obſtrinxerunt, et eos qui foederis huius conditiones non obſeruaſſent foedifragos et exſecrandos ac pro hoſtibus ab omnibus habendos ſuo decreto cenſuerunt. Viri autem principes ab omnibus ciuitatibus, qui haec in foederibus ſcripſerunt, et iusiurandum iurarunt, hi fuere, Ardeatae, Aricini, Bouillani, Bubetani, Corani, Cornetani, Gabini, Laurentini,

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4/71 1. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258.

Latinorum conſpiratio.

diſſuadere: cuius contrarium ἐπισπεύδειν ſupra p. 305. v. 30. *Sylb.*

t Πείθοντες αὐτοὺς ἀναλαβεῖν *Vat.*

u Ἐκδημαδωγηθέντες male in *Ed. Steph.*

x Μηδεμία μήτε *Vat.* hoc primum μήτε deeſt vulgatis.

y Non agnoſcit *Vat.* ταύταις in *Lapi Codd.*

z Βοϊλλανῶν malint nonnulli ex *Stephano*, Βωλανῶν cum *Lapo* alii ex eodem *Steph.* et *Plinio* in *Nat. Hiſt.* l. III.

a Βουβετανῶν legiſſe viſus eſt *Lapus*, quo modo et apud *Plinium.* Verum cum ν ſcribi debere exiſtimat *Sylb.* quod paſſim Πωμεντίνους dicat *Dionyſius*, quos Latini *Pometinos* vocant.

b Κορανῶν legunt interpretes. rectius forſan: cum *Coranos* in prima Italiae regione cum Aricia et Bouillis collocet *Plinius. Sylb.*

ρατίνων, [f] Λανουίων, Λαβινιατῶν, Λαβικανῶν, Νωμεντανῶν, [g] Μωρεανῶν, [h] Πραινεστηνῶν, [i] Παιδανῶν, [k] Κορκοτουλανῶν, [l] Σατρικανῶν, [m] Σκαπτηνίων, Σητίνων, Τελληνίων, Τιβουρτίνων, Τυσκλανῶν, [n] Τρικρίνων, Οὐελιτρανῶν· ἐκ τούτων πασῶν τῶν πόλεων τοὺς ἐν ἀκμῇ [o] στρατεύειν, ὅσων ἂν δέῃ τοῖς ἡγεμόσιν, Ὀκταουΐῳ Μαμιλίῳ καὶ Σέξτῳ Ταρκυνίῳ· τούτους γὰρ ἀπέδειξαν [p] στρατηγοὺς αὐτοκράτορας. ἵνα δ' εὐπρεπεῖς δόξωσι ποιεῖσθαι τὰς

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4 / 71. 1. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258.

rentini, Lanuuini, Lauinienſes, Labicani, Nomentani, Norbani, Praeneſtini, Pedani, Querquetulani, Satricani, Scaptini, Setini, Telleni, Tiburtini, Tuſculani, Tricrini, Veliterni. ex omnibus his populis, habito iuniorum delectu, antum copiarum contractum iri, quantum Octauio Mamilio et Sexto Tarquinio ducibus ſatis eſſe viſum eſt. Ad illos enim ſummam rerum et imperium detulerant. Vt autem honeſtas belli cauſſas habere viderentur,

c Βαρουενταvῶν in *Cod. Ven.* atque ita forſan in *Lapi Cod.* dum vertit *Varientanorum. Glareanus* legit *Forentanorum;* atque *Plinius* aliquanto poſt *Curanos* ponit *Forentanos* et *Gabinos. Sylb.* Κορνετανῶν maluit *Gelenius*, Κερνετανῶν *Portus.*

d In *Cod. Vat.* Κιρκαιητῶν, Κοριολανῶν, Κορβίντων, Καβανῶν, Φορτινειῶν, Γαβίων.

e Λαυρεντίνων *Ven. Vat.* et *Lapi Codd.* Λιρινάτων malit *Portus.*

f Λαουνίων in *Cod. Ven.* Λαουηίων *Vat.* quo modo (vel Λανουίων ſeu Λανουβίνων) legiſſe viſi ſunt *Lapus* et *Gelen.* dum vertunt *Lanuuiatarum* et *Lanuuinorum.*

g Νωρβανῶν in *Lapi* et *Gelenii Codd. Norbanorum* etiam meminit *Plinius*, et ipſe *Dionyſius* Νώρβαν πόλιν memorat. *Sylb.*

h *Al.* Πραινεστίνων.

i Πεδανῶν *Ven. Vat.* et *Lapi Codd.* quod maluit et *Sylb.* ex *Plinio* et *Stephano.*

k *Querquetulanos* ex *Plinio* legit *Glareanus*, eique conſentit *Lapi* verſio: adeo vt forſan legerint Κερκητουλανούς.

l Ἀτρικανῶν *Vat.*

m A *Scaptia*, vt in *Plinio*, rectius ſcribes Σκαπτήνων *Sylb.* In *Lapi* verſione *Scapteni.*

n Pro Τρικρίνων in *Ven. Cod.* paullo rectius Τελιρίνων. verius adhuc Τολερίνων ex *Lapi* verſione. *Sylb.* Rectiſſime in *Cod. Vat.* Τολερίνων, Τρικρίνων. nam ſi Τολερίνων hic adiiciamus, et Κιρκαιητῶν, Κοριολανῶν, Κορβίντων, Καβανῶν, Φορτινειῶν, triginta habemus oppida, quae adſuiſſe dicit Brutus infra l. VI. p. 398, 399, iuxta *Ed. Sylb.*

o Συστρατεύειν *Vat.*

p Προ-

τȣ̃ πολέμȣ [p] προαιρέσεις, πρεσβευτὰς ἐξ ἑκάστης πόλεως τȣ̀ς ἐπιφανεστάτȣς εἰς Ῥώμην ἀπέστειλαν· οἳ καταστάντες ἐπὶ τὴν βȣλὴν, ἔλεγον κατηγορεῖσθαι τὴν πόλιν αὐτῶν ὑπὸ τῆς πόλεως τῶν Ἀρικηνῶν, ὅτι πόλεμον ἐπιφερόντων Τυῤῥηνῶν Ἀρικηνοῖς, ȣ̓ μόνον ἀσφαλεῖς [q] παρεῖχον αὐτοῖς τὰς διόδȣς διὰ τῆς ἑαυτῶν χώρας, ἀλλὰ καὶ συνέπραξαν ὅσων αὐτοῖς εἰς τὸν πόλεμον ἔδει, καὶ τȣ̀ς φυγόντας ἐκ τῆς τροπῆς ὑποδεξάμενοι, τραυματίας τε καὶ ἀνόπλȣς ὄντας ἅπαντας ἔσωσαν· ȣ̓κ ἀγνοȣ̃ντες ὅτι κοινὸν ἐπῆγον ἅπασι τοῖς ὁμοεθνέσι πόλεμον· καὶ εἰ τὴν Ἀρικηνῶν πόλιν ὑποχείριον ἔλαβον, ȣ̓δὲν ἂν ἦν τὸ κωλῦσον αὐτȣ̀ς καὶ τὰς ἄλλας καταδȣλώσασθαι [r] ἁπάσας. εἰ μὲν οὖν βȣλήσονται [s] αὐτῶν" δίκας Ἀρικηνοῖς ὑπέχειν, ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Λατίνων ἀφικόμενοι δικαστήριον, καὶ εἴξȣσι τοῖς ὑπὸ πάντων δικασθησομένοις, ȣ̓δὲν αὐτοῖς ἔφασαν δεήσειν πολέμȣ· εἰ δὲ τὴν συνήθη φυλάξαντες αὐθάδειαν, ȣ̓δὲν ἀξιώσȣσι συγχωρήσειν τοῖς συγγενέσι τῶν δικαίων

rentur, ex vnoquoque populo nobiliſſimos viros Romam legatos miſerunt: qui in curiam introducti dixerunt, populum Rom. accuſari a populo Aricino, quod quum Hetruſci bellum Aricinis inferrent, non ſolum illis per agrum ſuum tuto tranſire permiſerint, ſed etiam illos adiuuerint rebus quibuſcunque ad bellum indigebant, et eos qui ex praelio effugerant receperint, omnesque ſaucios et inermes ſeruarint; quum tamen minime ignorarent illos omnibus populis eiusdem gentis bellum intuliſſe: et, ſi Aricinos ſubegiſſent, nihil futurum fuiſſe impedimento, quo minus reliquos quoque populos ſubigerent. Si igitur vellent ipſi iure cum Aricinis experiri, ad commune Latinorum iudicium profecti, atque ſtare iis quae ab omnibus iudicata fuiſſent, dixerunt bello illis non fore opus: quod ſi ſolita arrogantia vſi, nihil aequi atque moderati ſuis cognatis concedere voluiſſent,

Per Iul. 4218. Ante Chr. 496. Olymp. 70. 4. / 71. 1. Cat. V.C. 256. Var. 258.

p Προφάσεις *Vat.*
q Παρέσχον *Vat.*
r Πόλεις ἁπάσας *Vat.*
s Non agnoſcit *Vat.* αὐτȣ̀ς atque tollendum eſſe voluit *Sylb.* aut in αὐτοὶ mutandum.

καὶ μετρίων, ἠπείλουν πολεμήσειν αὐτοῖς Λατίνους ἅπαντας ἀνὰ κράτος.

XLII. Ταῦτα προκαλουμένων τῶν πρεσβευτῶν, οὐκ ἀξιοῦσα δίκην ὑποσχεῖν τοῖς Ἀρικηνοῖς ἡ βουλή, περὶ ὧν οἱ κατηγοροῦντες ἔμελλον γίνεσθαι κριταί, καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων κριτὰς [t] ἔσεσθαι ὑπολαμβάνουσα τοὺς ἐχθρούς, ἀλλὰ προσθήσειν ἔτι [u] τούτων βαρύτερα ἐπιτάγματα, δέχεσθαι τὸν πόλεμον [x] ἐψηφίσατο. τῆς μὲν οὖν ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς ἐμπειρίας τῶν ἀγώνων οὐδεμίαν [y] ὑπελάμβανε καταλήψεσθαι τὴν πόλιν συμφοράν· τὸ δὲ πλῆθος ὠῤῥώδει τῶν πολεμίων· καὶ πολλαχῇ διαπέμπουσα πρέσβεις, παρεκάλει τὰς πλησιοχώρους πόλεις ἐπὶ συμμαχίαν, [z] ἀντιπορευομένων εἰς τὰς [a] αὐτὰς πόλεις καὶ τῶν Λατίνων, καὶ πολλὰ τῆς Ῥώμης κατηγορούντων. Ἕρνικες μὲν οὖν κοινῇ συνελθόντες, [b] ὕποπτα καὶ οὐδὲν ὑγιὲς ἀμφοτέραις

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4. 71 1. *Cat.* U.C. 256. *Var.* 258.

voluiſſent, minabantur bellum illis omnes Latinos totis viribus illaturos.

Quum igitur legati *populum Rom.* ad haec inuitarent, ſenatus nolens iure cum Aricinis experiri, quod ipſi accuſatores criminum obiectorum iudices futuri eſſent, et exiſtimans hoſtes ſuos non fore contentos, ſi de his tantum cognoſcerent et iudicarent, ſed etiam addituros his longe grauiora imperata, bellum ſuſcipere decreuit. Et quod ad fortitudinem et rei militaris peritiam attinet, arbitrabatur populum Rom. nullam acceptorum calamitatem; at hoſtium multitudinem formidabat. Quare, miſſis varias in partes legatis, finitimos populos ad belli ſocietatem ſolicitabat; Latinis contrarias ad eosdem legationes mittentibus, et grauiter populum Romanum accuſantibus. Hernici igitur, communi concilio habito, ſuſpecta quaedam et minime ſincera

Finitimorum pop. tergiuerſatio.

t Ἔσεσθαι τῶν ἐπιταγμάτων. *Vat.*

u Βαρύτερα τούτων *Vat.*

x ἐψηφίσαντο] Forſan ἐψηφίσατο legendum, vt nos monuit *Portus.*

y Ὑπελάμβανον *Vat.*

z Ἀντιπρεσβευομένων *Vat.*

a Αὐτὰς καὶ τῶν Λατίνων *Vat.* vulgatis καὶ deeſt.

b Alludit ad *Euripideum* illud, Ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν ὑγιές. *Caſ.*

* Pacem

ταῖς πρεσβείαις ἀπεκρίναντο, συμμαχήσειν μὲν οὐδετέροις λέγοντες κατὰ τὸ παρὸν, βουλεύσεσθαι δ' ὁπότεροι δικαιότερα ἀξιοῦσι, κατὰ σχολήν· τῇ δὲ βουλῇ χρόνον ἐνιαύσιον ἀποδώσειν. Ῥότολοι δὲ Λατίνοις μὲν ἐπικουρίαν πέμπειν ἄντικρυς ὑπέσχοντο· Ῥωμαίοις δ', ἂν βουληθῶσι καταλύσασθαι τὴν ἔχθραν, διὰ σφῶν μετριωτέρους παρέξειν Λατίνους ἔφασαν, καὶ τὰς συμβάσεις αὐτοῖς διαιτήσειν. Οὐολοῦσκοι δὲ καὶ θαυμάζειν ἔλεγον [c] τὴν Ῥωμαίων ἀναισχυντίαν, οἳ συνειδότες ἑαυτοῖς [d] ὅτι τἄλλά τ' ἠδικηκότες ἦσαν αὐτοὺς, καὶ τὰ τελευταῖα, [ὡς] τῆς χώρας τὴν κρατίστην αὐτοὺς ἀφελόμενοι [e] κατεῖχον, οὐδὲν ἧττον ἐτόλμησαν ἐπὶ συμμαχίαν ἐχθροὺς ὄντας σφᾶς παρακαλεῖν. συνεβούλευόν τ' αὐτοῖς ἀποδοῦσι τὴν χώραν, τότε παρὰ τῶν φίλων ἀπαιτεῖν τὰ δίκαια. Τυῤῥηνοὶ δ' ἀμφοτέροις ἐκποδὼν ἐγίνοντο, Ῥωμαίοις μὲν σπονδὰς γεγονέναι λέγοντες οὐ πρὸ πολλοῦ, πρὸς δὲ Ταρκυνίους [f] συγγένειαν εἶναι

ſincera reſponſa vtrique legationi dederunt: dicentes, ſe neutris in praeſentia auxilia miſſuros, ſed ſe deliberaturos per ocium, vt cognoſcerent vtrorum poſtulata eſſent aequiora; et ad eam conſultationem anno ſibi opus eſſe. Rutuli vero palam profeſſi ſunt ſe auxilia Latinis miſſuros: Romanis vero, ſi inimicitias deponere voluiſſent, pollicebantur fore vt ipſis Latinos aequiores redderent, et * ipſarum pacis conditionum arbitri eſſent. Volſci demirari ſe dixerunt Romanorum impudentiam, qui conſcii ſibi cum aliarum iniuriarum, tum illius nouiſſimae, quod optimam agri partem ſibi ademptam retinerent, nihilominus tamen ſe hoſtes ad ſocietatem belli ſolicitare auderent: illiſque ſuadebant, vt, reſtituto agro, tunc peterent ab amicis id quod aequum eſſet. Hetruſci vero vtrosque fruſtrabantur; cum Romanis dicentes recens foedus ictum eſſe, et ſibi cum Tarquiniis cogna-

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4 71, 1. *Cat.* *V.C.* 256. *Var.* 258.

* Pacem illis conciliarent. *Gelen.* Conuentionibus interuenirent. *Lapus.*

c Τῆς Ῥωμαίων ἀναισχυντίας *Vat.*

d Ὅτι τά τε ἄλλα *Vat.*

e Forſan conuenientius κατεῖχον. *Sylb.*

f Συγγένειαν εἶναι σφίσι *Vat*, vulgatis deeſt εἶναι. Concinniori ſtructura (inquit *Sylb.*) ſic legeris, πρὸς Ῥωμαίους μὲν σπονδὰς γεγονέναι λέγοντες οὐ πρὸ πολλοῦ, πρὸς δὲ Ταρκυνίους συγγένειαν εἶναι σφίσι καὶ φιλίαν ἐκ παλαιοῦ.

g Per-

σφίσι καὶ φιλίαν. τοιαῦτα τούτων ἀποκριναμένων, οὐδὲν οἱ Ῥωμαῖοι ταπεινωθέντες, ὃ παθεῖν εἰκὸς ἦν τοὺς μέγαν τε πόλεμον [g] ἀναιρουμένους, καὶ πάσας ἀπεγνωκότας συμμαχικὰς ἐλπίδας· ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις δυνάμεσι πιστεύοντες μόναις, πολλῷ προθυμότεροι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἐγίνοντο, ὡς διὰ τὴν ἀνάγκην ἄνδρες ἀγαθοὶ παρὰ τοὺς κινδύνους ἐσόμενοι, καὶ ἐὰν κατὰ νοῦν πράξωσι, ταῖς ἰδίαις ἀρεταῖς [h] κατορθώσαντες τὸν πόλεμον, οὐδενὶ κοινωσόμενοι τῆς δόξης. τοσοῦτον αὐτοῖς φρονήματος καὶ τόλμης ἐκ τῶν πολλῶν ἀγώνων περιῆν.

LXIII. Παρασκευαζόμενοι δὲ τὰ εἰς τὸν πόλεμον ἐπιτήδεια, καὶ τὰς δυνάμεις ἀρξάμενοι [i] καταγράφειν, εἰς πολλὴν ἐνέπιπτον ἀμηχανίαν, οὐ τὴν αὐτὴν ἁπάντων προθυμίαν εἰς τὰ ἔργα παρεχομένων. οἱ γὰρ ἐνδεεῖς βίου, καὶ μάλιστα οἱ τὰ χρέα τοῖς συμβαλοῦσι διαλῦσαι οὐ δυνάμενοι, πολλοὶ σφόδρα ὄντες, οὐχ ὑπήκουον ἐπὶ τὰ ὅπλα καλού-

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70. 4. 71. 1. *Cat.* 256. *V.C. Var.* 285.

cognationem et amicitiam intercedere. Talibus acceptis reſponſis, Romani non abiecerunt animos, id quod ſolet accidere iis qui magnum aliquod bellum ſuſcipiunt, et qui nullam auxiliorum ſpem habent; ſed ſolis ſuis domeſticis copiis freti longe alacriores ad certamen facti ſunt, vtpote ipſa neceſſitate coacti viri fortes in periculis futuri, et, ſi ſibi res ex animi ſententia ſucceſſiſſet, ſua virtute bello feliciter confecto cum nullo gloriam partam communicaturi. Tanti ſpiritus tantaque audacia ob longam rei militaris experientiam in illis inerat.

Turbae inteſtinae ex inopi plebe.

Quum autem res ad bellum neceſſarias appararent, iamque milites conſcribere coepiſſent, in magnas difficultates *et conſilii inopiam* inciderunt, quod non omnes pari alacritate *nomina darent*, *neque* operam ſuam offerrent. Qui enim erant egeni, et praecipue qui ſuum aes alienum creditoribus diſſoluere non poterant, quorum valde magnus erat numerus, ad arma vocati non

g Perperam συναιρουμένους in Ed. Steph. [et Cod. Vat.] legendum enim vel συναιρομένους vel συναρουμένους a barytono themate συναίρω. *Sylb.*

h Κατορθώσοντες *Vat.*

i Καταγράφειν *Vat.* vulgatae dant ſimplex γράφειν.

k Κατα-

μενοι, οὐδ᾽ ἐβούλοντο κοινωνεῖν οὐδενὸς ἔργου τοῖς πατρικίοις, εἰ μὴ ψηφίσαιντο αὐτοῖς χρεῶν ἄφεσιν· ἀλλὰ καὶ [k] καταλείψειν τινὲς αὐτῶν τὴν πόλιν ἔλεγον, καὶ παρεκελεύοντο ἀλλήλοις μὴ φιλοχωρεῖν ἐν πόλει μηδενὸς αὐτοῖς ἀγαθοῦ μεταδιδούσῃ. τέως μὲν οὖν παρακαλεῖν αὐτοὺς οἱ πατρίκιοι καὶ μεταπείθειν ἐπειρῶντο. ἐπεὶ δ᾽ οὐδὲν ἐγίνοντο μετριώτεροι πρὸς τὰς παρακλήσεις, οὕτω δὴ συνελθόντες εἰς τὸ βουλευτήριον, ἐσκόπουν τίς [l] εὐπρεπὴς πρόφασις λύσει τὴν πόλιν τῆς ταραχῆς. ὅσοι μὲν οὖν ἐπιεικεῖς [m] τὴν φύσιν, καὶ μέτριοι τοῖς τιμήμασι τῶν βίων ἦσαν, παρῄνουν ἀφεῖναι τὰ χρέα τοῖς πένησι, καὶ πρίασθαι πολιτικὴν εὔνοιαν ὀλίγου διαφόρου, [n] μεγάλα μέλλοντας ἐξ αὐτῆς κερδαίνειν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ.

Ἦν δ᾽ ὁ ταύτης ἡγούμενος τῆς γνώμης Μάρκος Οὐαλέριος, υἱὸς [o] Μάρκου Οὐαλερίου, ἑνὸς τῶν καταλυσάν- LXIV.

non *veniebant*, *neque vocantibus* parebant, neque nulla in re patriciorum ſocii volebant eſſe, niſi prius debita ſenatusconſulto ſibi remitterentur: quinetiam nonnulli eorum ſe vrbem deſerturos dicebant, et mutuo ſe hortabantur ne deſiderio vrbis incolendae tenerentur, a qua nullius boni participes fierent. Aliquandiu igitur patricii eos * conſolari et haec illis diſſuadere conati ſunt: ſed quum his hortationibus illi nihilo modeſtiores redderentur, ita demum coacto ſenatu, conſultare coeperunt quanam honeſta ratione vrbem tumultu liberare poſſent. Qui igitur erant clementioris ingenii, et quibus mediocris erat facultatum cenſus, auctores erant vt aes alienum inopibus remitteretur, et paruo diſpendio ciuium beneuolentia redimeretur, ex qua cum ſinguli priuatim tum vniuerſi publice magnos quaeſtus eſſent facturi.

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4 71. 1. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258.

Huius autem ſententiae auctor erat Marcus Valerius, Marci Valerii filius, vnius illorum qui tyrannidem euerterant, Publii,

Valerii de remittendis plebi debitis ſuaſio.

k Καταλήψειν minus recte in *Ed. Steph.* vt conſtat ex ſequentibus, v. 42. *Sylb.*

* *Al.* cohortari, obſecrare.

l Εὐπρεπεστέρα λύσις ἔσται τῆς κατεχούσης τὴν πόλιν ταραχῆς *Vat.*

m τῇ φύσει *Vat.*

n μεγάλων] Legendum vel μεγάλα vel μεγάλως. *Sylb.* Μεγάλα in *Cod. Vat.*

o Infra (p. 371, 384, 394, 400, 459. iuxta *Ed. Sylb.*) Μάνιος praenomine dicitur.

p Lapus

των τὴν τυραννίδα, Ποπλίου, τοῦ κληθέντος διὰ τὴν εἰς τὸ δημοτικὸν εὔνοιαν Ποπλικόλα, [p] ἀδελφὸς, „Διδάσκων αὐτοὺς, ὅτι τοῖς μὲν ὑπὲρ τῶν ἴσων ἀγωνιζομένοις ἴσαι φιλοῦσιν ἐμφύεσθαι πρὸς τὰ ἔργα φιλοτιμίαι, τοῖς δὲ μηδενὸς ἀπολαύειν μέλλουσιν [q] ἀγαθοῦ, οὐδὲν ἐπέρχεται φρονεῖν [r] γενναῖον· ἠρεθίσθαι τε λέγων ἅπαντας τοὺς ἀπόρους, καὶ περιιόντας κατὰ τὴν ἀγορὰν λέγειν· Τί δ' ἡμῖν ἔσται πλέον, ἐὰν νικήσωμεν τοὺς ἔξωθεν πολεμίους, εἰ τοῖς δανεισταῖς ἀγώγιμοι πρὸς τὰ χρέα γενησόμεθα; καὶ τῇ πόλει τὴν ἡγεμονίαν κατασκευάσαντες, αὐτοὶ μηδὲ τὴν ἐλευθερίαν τοῖς σώμασι φυλάξαι δυνησόμεθα; κίνδυνόν τ' οὐ τοῦτον μόνον ἐπαχθῆναι σφίσιν ἀποφαίνων, ἐὰν ἐκπολεμωθῇ πρὸς τὴν βουλὴν ὁ δῆμος, μὴ καταλίπῃ τὴν πόλιν ἐν τοῖς κινδύνοις, ὃ πάντας ὀῤῥωδεῖν χρὴ τοὺς τὰ κοινὰ σώζεσθαι βουλομένους· [s] ἀλλὰ κἀκεῖνον τὸν ἔτι τούτου

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70. 4. 71. 1. *Cat.* *V.C.* 256. *Var.* 258.

Publii, ob ſuam in populum beneuolentiam Publicolae cognominati, frater; „Demonſtrans illis, in iis, qui pro paribus praemiis certant, par etiam ſtudium et gloriae cupiditatem ad ipſas res gerendas innaſci ſolere; iis vero, ad quos nullus inde fructus et emolumentum redit, nunquam ſuboriri generoſos ſpiritus. Addebat, irritatos eſſe omnes inopes, et per forum ambulantes dictitare, Quid nobis proderit externos hoſtes vincere, ſi domi foeneratoribus ob noſtrum aes alienum licebit nos *in neruum* abducere? et ſi, parto reip. imperio, ipſi ne libertatem quidem noſtrorum corporum ſeruare poterimus? Et non ſolum id periculum ipſis impendere demonſtrabat, ſi plebs aduerſus ſenatum exaſperaretur, ne vrbem in periculis deſereret, id quod omnibus publicae ſalutis ſtudioſis eſt metuendum: ſed illud quoque, quod

p *Lapus* pro ἀδελφὸς legit ἀδελφοῦ. quam lectionem ſequutus erat etiam *Gelenius*. Ferri tamen noſtri codicis ſcriptura videtur poſſe, quum nondum de morte M. *Valerii*, fratris P. *Valerii* Poplicolae facta ſit mentio, et hic ipſe octauo [p. 292.] ante hunc anno conſulatum geſſerit. A *Cod. Ven.* [*Vat.*] et *Ed. Steph.* abeſt hoc ipſum ἀδελφὸς cum praenomine Ποπλίου: ſed parum recte. *Sylb.*

q Ἀγαθὸν οὐδὲν *Vat.*

r Ἡ γενναῖον *Vat.*

s Ἀλλὰ κἀκεῖνον τὸν ἔτι *Vat.* vulg. ἀλλὰ κακεῖνο τὸ ἔτι.

t Συγκα-

χαλεπώτερον, μὴ ταῖς παρὰ τῶν τυράννων φιλανθρωπίαις ἐξαπατηθεὶς κατὰ τῶν πατρικίων ἄρῃ τὰ ὅπλα, καὶ [t] συγκατάγῃ Ταρκύνιον ἐπὶ τὴν ἀρχήν. ἕως οὖν ἔτι λόγους καὶ ἀπειλὰς εἶναι, πονηρὸν δ' ἔργον οὐδὲν ὑπὸ τοῦ δήμου γεγονέναι, φθάσαι τῇ βοηθείᾳ ταύτῃ τὸν [u] δῆμον εἰς τὰ πράγματα προσοικειωσαμένους παρῄνει, οὔτε πρώτους τὸ πολίτευμα τοῦτο καθισαμένους, οὔτ' [x] αἰσχύνην τινὰ δι' αὐτὸ μεγάλην ὀφλήσοντας, ἀλλὰ πολλοὺς ἔχοντας ἐπιδεῖξαι καὶ τοῦτο ὑπομείναντας, καὶ ἄλλα πολλῷ τούτου χαλεπώτερα, ὅταν [y] τινὶ μηδὲν ἐξῇ πράττειν ἕτερον· τὰς γὰρ ἀνάγκας κρείττους εἶναι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως· καὶ τότε τὸ εὐπρεπὲς ἀξιοῦν ἅπαντας [z] σκοπεῖν, ὅταν ἔχωσιν ἤδη τὸ ἀσφαλές.

„Ἐξαριθμησάμενος δὲ πολλὰ καὶ ἐκ πολλῶν πό- LXV.
λεων παραδείγματα, τελευταίαν παρέσχετο τὴν Ἀθη-

quod caeteris longe grauius erat, ne, tyrannorum blandimentis decepta, contra patricios arma caperet, Tarquiniumque in regnum reſtitueret. Hactenus igitur plebem verbis tantum et minis vſam fuiſſe, nullum tamen improbum facinus patraſſe *dicebat:* * quare ſuadebat vt hac ope beneuolentiam plebis ſibi conciliarent, praeſertim quum neque ipſi primi hoc inſtitutum eſſent conſtituturi, neque propter id in magnum dedecus incurſuri, ſed habituri multos quorum exempla afferre poſſent, qui hoc et alia longe grauiora pertulerunt, quum nullum aliud remedium inueniri poſſet. Neceſſitatem enim humana natura potentiorem eſſe *dicebat*, et omnes cenſere tunc demum honeſtatis rationem habendam, quum res iam ſunt in tuto.

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4/71 1. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258.

Multis autem multarum ciuitatum exemplis enumeratis, poſtremum attulit reip. Athenienſis, cuius nomen eo tempore

t Συγκαταγάγῃ *Vat.*

* Vt praeuenirent *periculum* hoc auxilio lenientes populum admoneat. *Lapus.*

u Δῆμον εἰς τὰ πράγματα προσοικειωσαμένους *Vat.* vulgo legitur δῆμον οἰκειωσαμένους.

x Αἰσχύνην τινὰ *Vat.* vulgatis deeſt encliticum.

y Μηδὲν ἐξείη *Vat.* absque τι. quod ſuperfluum eſſe viderat *Sylb.*

z Pro σκοπεῖν et ἀσφαλὲς, male in *Ed. Steph.* δοκεῖν et ἀσαφές. *Sylb.* Veram lectionem habent *Vat.* et *Lapi Codd.*

a Καθη-

ναίων πόλιν, μεγίστου τότε τυγχάνουσαν ὀνόματος ἐπὶ σοφίᾳ, οὐ πρὸ πολλῶν χρόνων, ἀλλὰ κατὰ τοὺς πατέρας αὐτῶν, ἄφεσιν χρεῶν ψηφισαμένην τοῖς ἀπόροις, Σόλωνος [a] προκαθηγησαμένου, καὶ οὐδένα τῇ πόλει τοῦ πολιτεύματος [b] τοῦδ᾽ ἐπιτιμᾷν, οὐδὲ τὸν [c] εἰσηγησάμενον [d] αὐτὸ δημοκόπον καὶ πονηρὸν [e] ἀποκαλεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς πεισθεῖσι πολλὴν φρόνησιν ἅπαντας μαρτυρεῖν, καὶ τῷ πείσαντι μεγάλην σοφίαν. [f] Ῥωμαίοις δ᾽, οἷς οὐ περὶ μικρῶν τὸν κίνδυνον εἶναι [g] διαφόρων, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ μὴ παραδοθῆναι πάλιν ὠμῷ καὶ παντὸς χείρονι θηρίου τυράννῳ, τίς τῶν νοῦν ἐχόντων ἐπιτιμήσειεν ἂν, τῇ φιλανθρωπίᾳ ταύτῃ συμμάχους ἀντὶ πολεμίων τῇ πόλει τοὺς πένητας κατασκευάσασι γενέσθαι; διεξελθὼν δὲ τὰ ξενικὰ

Per. Iul. 4218. Ante Chr. 496. Olymp. 70 4 / 71 1. Cat. V.C. 256. Var. 258.

tempore ob ſapientiam celeberrimum erat, quae non multis ante annis, ſed patrum ſuorum memoria remiſſionem debitorum pauperibus ſuaſu Solonis decreuerat: quod inſtitutum a nullo reprehenſum fuiſſe *dicebat*, neque eius conſilii auctorem populi adulatorem aut maleficum appellari; ſed omnes ex illis, qui paruerint, magnae prudentiae, et huic, qui id ſuaſerit, ſapientiae ſingularis teſtimonium perhibere. Romanis autem, quibus non eſſet in re parui momenti periculum, ſed ne iterum obiiciantur crudeli et quauis fera immaniori tyranno, quis ſanae mentis vitio vertet, ſi hac humanitate pauperes belli ſocios pro inimicis rei publicae reddiderint? Enarratis autem peregrinis exemplis

a Καθηγησαμένου *Vat.*

b Τότε ἐπιτιμᾷν *Vat.*

c Εἰσηγησάμενον *Vat.* Vide *Dounaei* praelectiones in *Philippic. Demoſthenis* p. 30.

d Pro αὐτὰ legendum videtur ἄνδρα, vel αὐτόν. *Lapus* legi αὖθις. *Sylb.* Vel αὐτὴν ſcribendum, vt ad ἄφεσιν, vel αὐτὸ, vt ad πολίτευμα referatur. *Port.* Αὐτὸ in *Cod. Vat.*

e Ἀποκαλεῖν *Vat.* vulgatae dant καλεῖν.

f Ῥωμαίοις δὲ οὐ περὶ *Vat.* Ῥωμαίοις δὲ οἷς οὐ legendum eſſe coniecit *Portus*, vt Ῥωμαίοις a verbo ἐπιτιμήσειεν regatur. Si enim (inquit) vulgata lectio Ῥωμαίους mendo caret, ἐπιτιμήσειεν abſolute poſitum eſſet, et Ῥωμαίους cum γενέσθαι iungeretur.

g Διαφορῶν male in *Ed. Steph.* et *Cod. Vat.*

h Ὅτε

παραδείγματα, τελευταῖον τὸν ἐκ τῶν ἐπιχωρίων ἔργων προσελάμβανε λόγον, ὑπομιμνήσκων τὰς ἔναγχος αὐτοὺς κατασχούσας ἀνάγκας, [h] ὅτι κρατουμένης σφῶν τῆς χώρας ὑπὸ Τυῤῥηνῶν τειχήρεις γενόμενοι, καὶ εἰς πολλὴν τῶν ἀναγκαίων καταστάντες ἀπορίαν, οὐκ ἔσχον ἀνθρώπων μεμηνότων καὶ [i] θανατώντων [k] λογισμοὺς, ἀλλ᾽ εἴξαντες τοῖς κατέχουσι καιροῖς, καὶ τὴν ἀνάγκην διδάσκαλον τῶν συμφερόντων λαβόντες, ὅμηρά τε δοῦναι τῷ βασιλεῖ Πορσίνῳ τοὺς ἐπιφανεστάτους ὑπέμειναν παῖδας, οὔπω πρότερον τοῦτο ὑπομείναντες, καὶ [l] μέρει τῆς χώρας ζημιωθῆναι, τῶν Ἑπτὰ πάγων Τυῤῥηνοῖς [m] ἀποστάντες, καὶ δικαστῇ χρήσασθαι τῷ πολεμίῳ, περὶ ὧν αὐτοῖς ὁ τύραννος ἐνεκάλει, διδόντες καὶ ἀγορὰν καὶ ὅπλα, καὶ τἄλλα ὅσων ἐδέοντο Τυῤῥηνοὶ παρασχεῖν ἐπὶ τῇ καταλύσει τοῦ πολέμου. τούτοις δὴ τοῖς παραδείγμασι χρησάμενος, οὐ τῆς αὐτῆς φρονήσεως ἔργον ἀπέφαινεν εἶναι, τοῖς μὲν πολεμίοις περὶ μηδενὸς ὧν ἠξίωσαν ἀντειπεῖν, τοῖς δὲ ἑαυτῶν πολίταις

exemplis tandem ad facta domeſtica tranſiuit, commemorans neceſſitates et anguſtias, quibus paullo ante detinebantur, quum, agro ſuo ab Hetruſcis occupato, moenibus incluſi, et ad magnam rerum ad victum neceſſariarum inopiam redacti, nequaquam hominum inſanorum et mortem oppetentium mentem habuerunt, ſed temporum iniquitati, qua premebantur, ceſſerunt, et ipſam neceſſitatem vtilitatis magiſtram acceperunt, obſideſque regi Porſenae nobiliſſimorum virorum liberos dare ſuſtinuerunt, nunquam ante hoc paſſi, et agri parte mulctari, Hetruſcis Septem pagis cedentes, et hoſtis iudicio committere cognitionem criminum, quae ipſis tyrannus obiiciebat, dato praeterea commeatu, et armis, rebuſque aliis, quaſcunque Hetruſci ſibi, vt pax fieret, praeberi poſtularunt. His igitur vſus exemplis, non eiusdem prudentiae dicebat eſſe, hoſtibus quidem rem nullam quam petiuiſſent denegaſſe; cum ſuis vero ciuibus de re parui

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4 / 71 1. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258.

h Ὅτε legit *Gelen.*
i Perperam θανατούντων in *Ed. Steph.*
k Ἀνοήτους λογισμοὺς *Vat.*
l Μέρη in *Ed. Steph.* errore manifeſto.
m Ἀποστάντων *Vat.*

περὶ μικροῦ πολεμεῖν διαφορᾶς, οἳ πολέμους μὲν ἠγωνίσαντο πολλοὺς καὶ καλοὺς περὶ τῆς ἡγεμονίας, ὅτε κατεῖχον οἱ βασιλεῖς τὰ κοινὰ, μεγάλην δὲ προθυμίαν εἰς τὸ συνελευθερῶσαι τὴν πόλιν ἀπὸ τῶν τυράννων παρέσχοντο, ἔτι δὲ πλείονα παρέξεσθαι σπουδὴν ἔμελλον εἰς τὰ λοιπὰ ἔργα παρακληθέντες, [n] βίων μὲν σπανίζοντες, τὰ δὲ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς, ἃ μόνα περιῆν αὐτοῖς, ἀφειδῶς εἰς τοὺς περὶ αὐτῆς κινδύνους [o] ἐπιδιδόντες. ἔφη τε λέγων, [p] ὡς εἰ καὶ μηδὲν ἐπεχείρουν ἐκεῖνοι [q] τοιοῦτον ὑπ' αἰσχύνης κρατούμενοι λέγειν, μηδ' ἐπαγγέλλειν, τοὺς πατρικίους ἐχρῆν τὸν προσήκοντα λογισμὸν περὶ αὐτῶν λαβόντας, ὧν ᾔδεσαν δεομένους καὶ κοινῇ καὶ [r] καθ' ἕνα ἕκαστον, ταῦτα ἐξ ἑτοίμου χαρίζεσθαι, ἐνθυμουμένους ὅτι πρᾶγμα ὑπερήφανον ποιήσουσιν, αἰτοῦντες μὲν παρ' ἐκείνων τὰ σώματα, μὴ χαριζόμενοι δ' αὐτοῖς τὰ χρήματα, καὶ λέγοντες μὲν πρὸς ἅπαντας, ὅτι τῆς κοινῆς ἐλευθερίας ἕνεκα πολεμοῦσι, τῶν δὲ συγκατακτησαμένων αὐτὴν ἀφαιρούμενοι, οὐ πονη-

Per. Iul. 4218. *Ante Chr.* 496. *Olymp.* 70 4 / 71 1. *Cat.* *V.C.* 256. *Var.* 258.

parui momenti contendere, qui pro imperio multa et egregia bella geſſiſſent, quo tempore reges rempublicam regebant, quique magnam animi alacritatem exhibuiſſent in liberanda a tyrannis republica et qui multo maiorem eſſent exhibituri in poſterum, ad reliqua peragenda *hac ratione* inuitati, victus quidem inopia laborantes, ſed corpora et animas, quae ſola illis erant reliqua, periculis nequaquam parce obiicientes. dixitque, quamvis illi prae pudore nihil tale auderent petere, neque enunciare, oportere tamen patricios rationem prout decet eorum habere, et quibuſcunque rebus eos indigere cognoſcerent publice priuatimque, eas promte illis largiri, illud cogitantes, ſuperbe eos facturos, ſi corpora ab illis petant, et tamen ipſi ne pecunias quidem eis largiantur, et ſi apud omnes ſe iactent communis libertatis cauſſa bellum gerere, et tamen ſuis adiutoribus eam eripiant, non quod

n Βίῳ μὲν σπανίζοντες *Vat.*

o Ἐπιδόντες *Vat.*

p Ὡσεὶ καὶ *Vat.* vulgo ὡς καὶ εἰ.

q Τούτων *Vat.*

r Καθ' ἕνα ἕκαστον *Vat.* vocabulum medium vulgatis deeſt.

s Τἀναντία

ρίαν ἔχοντες αὐτοῖς ὀνειδίζειν, ἀλλ' ἀπορίαν, ἣν οἰκτείρεσθαι μᾶλλον, ἢ μισεῖσθαι προσῆκε.»

LXVI. Τοιαῦτα τοῦ Οὐαλερίου λέγοντος, καὶ πολλῶν τὴν γνώμην ἐπαινούντων, Ἄππιος Κλαύδιος Σαβῖνος, ἐν τῷ προσήκοντι κληθεὶς τόπῳ, [s] παρῄει διδάσκων τἀναντία, «Ὅτι τὸ στασιάζον οὐκ ἐξαιρεθήσεται τῆς πόλεως, ἂν ψηφίσωνται χρεῶν ἀποκοπάς, ἀλλ' ἔτι πονηρότερον ἔσται μεταχθὲν ἀπὸ τῶν πενήτων εἰς τοὺς εὐπόρους. δῆλον γὰρ ἤδη πᾶσιν ὑπάρχειν, ὅτι χαλεπῶς οἴσουσιν οἱ μέλλοντες ἀποστερεῖσθαι τῶν χρημάτων, πολῖταί τ' ὄντες, καὶ ἐπίτιμοι, καὶ πάσας ἐστρατευμένοι τὰς ἐπιβαλλούσας [t] ὑπὲρ τῆς πόλεως [u] στρατείας, οὐκ ἀξιοῦντες ἃ κατέλιπον αὐτοῖς οἱ πατέρες, καὶ αὐτοὶ φιλεργοῦντες καὶ σωφρόνως ζῶντες ἐκτήσαντο, δημεύεσθαι τοῖς πονηροτάτοις καὶ ἀργοτάτοις τῶν πολιτῶν. [x] πολλῆς δ' εἶναι μωρίας ἔργον, τῷ χείρονι μέρει τοῦ πολιτεύματος χαρίζεσθαι βουλομένους, τοῦ κρείτ-

quod illis improbitatem poſſint exprobrare, ſed inopiam, quae miſeratione potius quam odio eſt digna.„ *Per. Iul.* 4218.

Hac oratione a Valerio habita, et multis eius ſententiam laudantibus, App. Claudius Sabinus, ſuo loco ſententiam rogatus, contrarium ſuaſit, docens, „Seditionem ex vrbe minime ſublatum iri nouis tabulis, ſed longe periculoſiorem fore ſi a pauperibus ad diuites tranſeat. Illud enim omnibus iam liquere, eos iniquo animo laturos, qui ſuis pecuniis fraudabuntur, quum ipſi ciues ſint, et viri inſignes, et qui omnibus expeditionibus a republica factis interfuerint, indignum eſſe cenſentes ſuum patrimonium, et ea quae ipſi ſua induſtria et parſimonia compararint, publicari nequiſſimis et ignauiſſimis ciuium. Magnaeque fatuitatis eſſe, dum deteriori parti ciuitatis gratificari volunt, potiorem

Ante Chr. 496. *Olymp.* $\frac{70}{71}$ $\frac{4}{1}$. *Cat. V.C.* 256. *Var.* 258. *App. Claudii diſſuaſio.*

s Τἀναντία παρήνει διδάσκων *Vat.* Παρήνει τἀναντία διδάσκων maluit *Portus.*

t Ὑπὲρ τῆς πόλεως *Vat.* vulgo legitur τῇ πόλει ſine praepoſitione.

u Ita *Codd. Mſſ.* minus apte στρατιᾶς in *Ed.Steph.*

x Quae ſequuntur vſque ad τὰς ἀλλοτρίας deerant in *Ed.Steph.* Illa tamen agnoſcunt *Vat.* et *Lapi Codd.*

τονος ὑπερορᾶν· καὶ τοῖς ἀδικωτάτοις τῶν πολιτῶν τὰς ἀλλοτρίας [y] δημεύοντας οὐσίας, τῶν δικαίως αὐτὰς κτησαμένων ἀφαιρεῖσθαι. ἐνθυμεῖσθαί τ' αὐτοὺς ἠξίου, ὅτι οὐχ ὑπὸ τῶν πενήτων καὶ οὐδεμίαν ἰσχὺν ἐχόντων αἱ πόλεις ἀπόλλυνται, τὰ δίκαια ποιεῖν ἀναγκαζομένων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν εὐπόρων καὶ τὰ πολιτικὰ πράττειν δυναμένων, ὅταν ὑπὸ τῶν χειρόνων ὑβρίζωνται, καὶ τῶν δικαίων μὴ [z] τυγχάνωσιν. εἰ δὲ μηδὲν ἀγανακτήσειν μέλλοιεν οἱ τῶν συμβολαίων ἀποστερούμενοι, πράως δέ πως καὶ ῥαθύμως οἴσειν τὰς βλάβας, οὐδ' οὕτω καλῶς ἔφη ἕξειν σφίσιν οὐδ' ἀσφαλῶς, δωρεὰν χαρίζεσθαι τοῖς πένησι τοιαύτην, δι' ἣν ἀσυνάλλακτος ὁ κοινὸς ἔσται βίος καὶ μισάλληλος, καὶ τῶν ἀναγκαίων, ὧν χωρὶς [a] οὐκ ἔστιν οἰκεῖσθαι τὰς πόλεις, ἐνδεής, οὔτε τὴν χώραν σπειρόντων ἔτι καὶ φυτευόντων τῶν γεωργῶν, οὔτε τὴν θάλασσαν πλεόντων καὶ διαμειβομένων τὰς διαποντίους ἀγορὰς τῶν ἐμπόρων, οὔτ' ἄλλην δικαίαν ἐργασίαν οὐδεμίαν ποιουμένων τῶν πενήτων. εἰς

Per. Iul. potiorem deſpicere; opeſque alienas iniuſtiſſimis ciuibus publi-
4218. cando, eos, qui legitime illas conquiſiuerunt, defraudare. Quare
Ante Chr. ab ipſis petebat vt cogitarent, non a pauperibus, et iis qui nul-
496. las vires habent, perdi reſpublicas quod ipſa neceſſitate coacti in
Olymp. officio contineantur, ſed a diuitibus et qui res ciuiles tractare
70 4. 71 1. poſſunt, quum ab inferioris conditionis hominibus iniuria affi-
Cat. ciuntur, et ius ſuum obtinere non poſſunt. Atqui licet illi, qui
V.C. 256. * pecuniis ſuis fraudabuntur, non iniquo ſed quodammodo aequo
Var. 258. animo ſint laturi et neglecturi ſuas iacturas, tamen ne ſic qui-
dem eos recte aut ſine periculo ſuo facturos dicebat, ſi tale do-
num pauperibus donarent, propter quod a communi vita *ac hu-
mana ſocietate* commercia tollerentur, et mutua odia naſceren-
tur, et rerum neceſſariarum, ſine quibus vrbes habitari nequeunt,
penuria ſequeretur, ipſis colonis agros non amplius ſerentibus,
neque quidquam in iis plantantibus, neque ipſis mercatoribus
mare nauigantibus, neque merces tranſmarinas permutantibus,
ipſiſque pauperibus nulla alia iuſta opera amplius facientibus. In
haec

y Δημεύοντες male in *Ed. Steph.*

z Τυγχάνωσιν *Vat.* vulg. ἐπιτυγχ.

* *Al.* creditis, ſponſionibus.

a Οὐκ ἔνεστιν οἰκεῖσθαι *Vat.*

b Δεομένης

